

RESPONSIO MI-
NI STRORVM ECCLESIAE CHRISTI,
QVAE EST HAMBVRGI ET LVNE-
burgi, ad confessionem D. Andreæ Osi-
andri, de mediatore Iesu Christo & iu-
stificatione fidei, inclyto Hambur-
gensis & Luneburgensis Reip:
Senatui exhibita, Anno
Do. MDLII. mense
Februario
scripta.

654

666

1. Timot: 6. 2. Timot: 1.

Egregium depositum seruato deuitans prophanas uocum
inanitates & oppositiones falso nominatae
scientiae, quam nonnulli pro-
fitentes circa fidem
aberrauerunt.

5-456

RESPONSI M

NI STRORVM ECCLESIVM
QVAE EST HAMBURGI ET CUN
punctis in congregratione D. Augustini
studij & seminariis Iesu Christi &c.
Institutione Iudicij & iuglio Hispianus
Beatus & Pius papa & Regis
Benedicti & cypriani & Anno
D. MDLII mense
Pepitio
Iacobus

Expositione de quatuor Evangeliorum quatuor prophetarum locis
Institutione & oportione filii & hermanorum
Hierosolimae & Iacobini
Hierosolimae & Iacobini
speciosissime

xvi. 96. 3671

PRAEFATIO.

ILLVSTRISSIMI

BORVSSIAE DVCIS ALBERTI, OPTIMI, PISSIMI,
et sapientissimi Principis, uirtute et pietate inter ceteros Principes preclara-
re eminentis literas ad clarissimum Hamburgensem et Luneburgensem Se-
natum missas, una cum libro Confessionis D. Andreæ Osiandri de iustifica-
tione, ad legendum nobis datas, ut de doctrina Osiandri, in eo libro compre-
hensa, judicium faceremus, qua decuit reuerentia, pietate, animi integritate,
solicitudine et diligentia legimus, et controversiae magnitudinem pro no-
stra mediocritate expendimus. Atque utinam licuisset nobis his meliora, et
Ecclesiae loetiora legere, que hoc tempore, sub his extremis frementis Satanae
furoribus horribiliter dissipata, tantum non animorum disunctione, dissidijs,
contentionibus, insidijs et tyrannide prorsus oppressa iacet, deplorans sua
ingentia et penè incurabila vulnera, et incenarrabili gemitu anxie omnes
rationes querens, quibus ea pie sanari possint. Sed ne uoti compos fiat, ipsi-
usque vulnera ab impijs accepta ne curentur, uersutus iste antiquus et perpe-
tuus hostis Christi et Ecclesiae admirandis technis ubique impedit, pernicio-
sissimis concertationibus, dissidijs, tumultibus et bellis omnia miscens.

Hactenus grassatus est in medijs Germaniae uisceribus, omnes suas ui-
res artesque exerens, ut Euangelij Christi lucem ibi exortam extingueret,
Scholas euerteret, Ecclesias ueras oppimeret, puritatem doctrine et reli-
gionis pollueret, et Antichristi regnum, idolomanias, abusus et abominati-
ones, per suos reformatores restitueret. Id quia uidit sibi pulchre in media
Germania apud precipuas Ecclesias processisse, easque progressiones nunc
factas esse, ut etiam illa, que adhuc integra alicubi sunt, inclinata casum mi-
uentur, his non contentus, etiam in aliis nationibus Ecclesias delere, et ubique
terrarum exorte ueritatis Dei lumen extinguere conatur.

Et quia ad Ecclesiuarum euersionem, et Rerump: perniciem facilima
et proxima uia est, in pacatis Ecclesijs et politijs excitari disceptationes
de dogmatibus, committi inter se eruditos, dissensionibus et offendiculis su-
spectam et exosam reddi puram Euangelij doctrinam, Scholas dissipari, facili

onibus populi animos disiungi, turbas & bella intra muros moueri, sacri coetus piorum societatem dissolui, & optimè quæq; cœpta pessimis his artibus impediri. His malis nunc Germania miserrime dissipata, Diabolus etiam Borussiam adoritur, ut & ibi Ecclesiæ & Rœp: pie & bene constitutas depopuletur, Scholam ab optimo Principe maximo sumptu utilissime in Regione monte institutam, & hactenus non absq; maxima pietatis accessione, ex incremento agnitionis Iesu Christi, in illis orbis partibus conseruatam, uaslet, & hospitium, quod Christo exultanti hactenus præbuit, destruat, ipsumq; adhuc in cunis iacentem ibi opprimat.

Diabolus animiduertit sua studia inania & irrita fore, donec Spiritus Domini puram doctrinam in Ecclesiis Prussiacis sonat, & Christus suum hospitium habet. Ideo dissidiorū seminarii in doctrina sparsis, primo tētāt Ecclesie struere exitium, ut hac delecta Rœpub: deinde cuerat. Scit enim Rœpub: diu non posse saluas esse sub dissidijs, & illorum pugnis, qui doctrina sana animos hominum ad pacem inflectere, & gubernare debent. Impossibile namq; est dissipata Ecclesia, incolomitatem Rœpub: retineri posse, quod sine Deo, hoc est, sine recta Ecclesie gubernatione nihil saluum esse potest, & diabolus desolata Ecclesia in mundo plenum occupat imperium, & pro libidine cuncta agit, corruptit, & peruerit.

Huiuscmodi calamitatis & ruine Ecclesiastica certamina semper occasionem præbuisse, & eas fatales esse tempore elucentis Euangelij, historiæ omnium temporum testantur. Statim post obitum Apostolorum dogma tum pugnis inuecta sunt mutationes religionum & imperiorum. Cum religione semper sunt mutata & translata imperia.

Quia Satanas bello aliquot annis frustra euerstonem Ecclesie tentauit, ideo nunc inter doctos eiusdem professionis excitat dissidia, ut quod bellis frustra diu molitus est, semel doctorum dissidijs absoluat, & quidem de precipuo articulo Christianæ fidei excitatis, quem tot annis bone conscientiae testimonio docuimus, & optimè nostræ cause fiducia summa cum consensione omnium tam ueterum quam recentium Theologorum confessi sumus, cor amq; Deo, Cæsare, imperij proceribus, aduersarijs omnibus cū suo Antichristo nobis repugnatibus, cum uita periculo, & rerum nostrarū iactura defendimus.

Hac suscitatione dissidiorum, & certaminum in doctrina, que Dide bolus im-

bolus inter doctos per studiosos innovationum mouet, certe hoc molitur, ut mutet religionem & euertat tam Ecclesias quam Respub: & instauret suum regnum, multis in locis bona ex parte destructum.

Ne uero impurus iste spiritus, tantorum malorum artifex, obtineat quod meditatur, uera penitentia, diuini nominis invocatione, sincero pietatis studio ac cura retinendi praesentem Ecclesiæ formam, pia concordia, & prudenter in tempore a pijs reprimendus est, ne incensum dissidium magis accendatur, & Ecclesias latius uastet.

Apostolus ait, oportere hereses esse, ut probentur electi, Vnde tamen illi qui eas suscitat. Certum ergo est inter docentes, Deo permittente, propter sacrorum incuriam, & ingratitudinem mundi erga Deum, patefacientem nobis uerbi sui mysteria, excitari nocentia & funesta dissidia, hereses ac certamina, ut animi illorum, qui Christi fidem uere profiterentur, & qui sinceri & constantes aut insinceri sunt, patefiant, auditoresq; ex profundo securitas somno excitati, attentiores & uigilantiores reddantur.

Non est dubium iusto Dei iudicio de dogmatibus contentiones suscitari, ut Dominus sic vindicet sui uerbi neglectum, detegat rationis humanae nimium sapientis prauitatem & cæcitatem, hypocrisim traducat, ostendat humani uiribus nihil tribuendū esse in cognitione mysteriorū fidei, & ut nos cogat humiliiter de nobis, nostraq; sapiëtia sētire, & Deū timere, doceat soli Deo tribuendā esse ueritatis laude, & excitet in nobis uerū spē & Dei invocationem. His & similibus iudicijs Dominus nos exercet, & probat tanquam aurum igne, quod fere magis hypocrisi, & simulata pietatis specie, quam ipsa pleriq; sint pijs. Et in Christo non tam spiritualia, celestia & eterna bona querant, carnalia, & que huius seculi sunt, ac existiment, ut Apostolus ait, quæstum esse pietatem.

Hæc à nobis non dicuntur, quod quenquam accusemus, sed ut bonos commonefaciamus de ijs, quæ oriri solent ex contentionibus Ecclesiasticis, & litigantes commonefactione christiana excitemus ad supplices preces, & concordiae ac confessionis studium sperantes Dominum illa, quæ satan ad euertendum Christi regnum, & suum erigendum & stabilendum molitur, directurum ad sui nominis glorificationem, & Ecclesiæ ædificationem, ut alias sepiissime ab ipsis Ecclesiæ primordijs usq; ad hæc nostra tempora no-

centissima Ecclesia certamina ad sui nominis illustrationem, ueritatis inuestigationem, & Diaboli confusionem direxit. Id ut etiam nunc presenti hac contentione fiat, ad ampliandam & latius proferendam cognitionem Euangelij Christi, Patrem coelestem per Iesum Christum Dei Filium redemptorem nostrum, cum Ecclesia tota a fiduis suspirijs precabimur, certissime in animis nostris statuentes, Diabolus hac extrema sui furoris insania contra ueritatem Dei frustra pugnaturum esse, ut alias ab initio mundi ne quicquam pugnauit, & conatus est concutere & labefaceré ueritatis fundamenta.

Quām graue & nocens sit hoc disfidium, in Regiomontana schoola excitatum, quanta scandala secum trahat, quibus calumniis ueras Ecclesias exponat, quomodo aduersarios contra nos, & nostram, imo non nostram, sed Iesu Christi doctrinam armet, & ut contristet Spiritum Sanctum in omnibus membris Iesu Christi, deplorare quidem apud nos, uerbis autem exprimere non possumus. Deus benigni ignoscat illis, qui tanti offendiculi occasionem dederunt. Oramus autem, ut authores harum turbarum secum expendant mala turbatæ Ecclesie, agnoscant suam culpam, & ueniam à Domino petitant, reconciliationi studeant, quæ concordie ac pacis sunt sectentur, & motu certamina potius amicè silendo, quām hostiliter disceptando obruat, & è meo tollant, cogitentq; mysteria iustificationis potius in timore Dei, fide amplectanda esse, quām disceptatione cum tanto offendiculo, & publico, tam Ecclesie quam Reipub: dispendio exagitanda. Considerent etiam controvèrsias certando non componi, sed augeri, longius efferri, & eundo maiores & nocentiores turbas dare. Et si amant Ecclesie incolumentem & salutem, & si sunt amantes timoris & glorie Dei, omnibus viribus in hoc certè incumbent, ut suscitata certamina sepeliantur, & quiete in templis & scholis uerbum Dei doceatur, & aduersariis Papistis adimantur occasiones calumniandi puritatem doctrine, quā nostræ Ecclesie rectè institutæ docent, & Auguste corâ Imperij proceribus confessæ sunt, & contra allatrates Sophistæ defendent, solidis scripturæ testimonijs, non iniusta ui, ut ipsi sua propugnat.

Princeps Prusiæ prudenter & piè Ecclesiærum indicia ad comprehendendum hoc certamen postulat. Neq; rectior neq; brevior uia est ad sistendas Ecclesiastica incendia, quām ut de doctrina controuersa è scripturis Canonis iusta fiat cognitio, & legitimis Ecclesie iudicijs reprimatur ingeniorum doctrinæq;

doctrinæq; fiducia & audacia. Sed quia homines eruditæ, uariarum rerum noticia, & dicendi arte instructi, possunt sua ornare flexilibus & fuscis argumentis, & artificiois interpretationibus, & in suas partes multos pertrahere, & a noviciorum studio factiones augere, & Ecclesiæ magis magisq; disuagere, Ideo iudicia ex uarijs Ecclesijs collecta prudenter erunt exhibenda litigantibus, ne collecta iudicia ad controuersiam sedandam magis obsint quam profint, ne lites crescant, & maiores disputationes moueantur, ne contentio, quæ hactenus tantum in Prussia in una urbe fuit, ex dissimilitudine uerbali iudiciorum ad alias Ecclesiæ dimânet, easq; simili discordia incendat, turbet & dissipet. Putamus itaq; hæc iudicia Ecclesiæ pia moderatione adhibenda esse ad conciliando dissidentium animos, & ad tollendas disceptationes, quæ sunt seminarij tot offendiculorum & turbarum. Speramus enim litigantes moderatis consilijs posse flecti ad pium tranquillitatis & pacis studium, nec pertinaces fore in tuendis opinionibus, quæ magis priuato iudicio, quam scripturæ & Ecclesiæ autoritate confirmantur.

Non ignoramus, litigantes nos eruditione multis modis uincere, neque nos eos esse, qui se tanquam arbitros in his controuersijs debeat interponeare, & censores constituere. Sed cum ascitisimus, & hoc tam iussu Senatus nostri, quam obligatione officij pertrahamur, ut sistatur hoc suscitatae controuersie nocentissimum incendium, & ad sistendum subsidiariam nostram operam conferamus, petimus, ut in bonam partem accipiatur, quod bono animo facimus. Dominus pacis & ordinis Deus, non & οὐχίσ, benignè restitutus Ecclesiæ concordem confessionem in doctrina Iesu Christi sui ueri Doctoris hactenus fideliter in nostris Ecclesijs tradita, & sepeliat orta certamina.

D. Osiander affirmat se suæ doctrine confessionem typis excusam publice legendam proposuisse, ut audiat iudicia Ecclesiæ de sua doctrina. Orat, ut sine ullius erroris dissimulatione in genuè testimonium feratur ueritati, absq; acceptione personæ. Princeps ipse etiam non solum nostrum, sed multarum aliarum Ecclesiæ iudicium in hunc finem expetit, ut tollantur schismata, & conseruetur Euangeli Christi ueritas ac puritas, in hoc extremo seculi tempore Dei bonitate patefacta. Ideo confidimus, litigantes in optimam partem esse accepturos, quæ hic ex obligatione nostri officij, non temeritate illa, sed illustrissimi Principis & nostri Senatus iussu animo sincero et

cero & cādiulo absq; ulla prepensione animi, in alteram partem tanquam
in conspectu Domini dicturi sumus.

Non illibēter fatemur, tractationē huius controuersie doctiores arti-
fices requirere, quā nos sumus, & plus opera requirere quā nos in tanta mole
nostrorū laborū, occupationū, & difficultatū adhibere potuimus. Ulro etiā
confitemur, nos magnitudine rei superari, Sed tamē, cū iussi nostrum iudicium
afferamus, arbitramur nobis iūcio dari non posse, quod pro nostra mediocri-
tate conanur dicere nostram sententiam, & tollere orta certamina.

Scimus nostra opera controversam doctrinam non posse admodum
illustrari, aliosq; pañim multos esse viros, qui sine nobis hanc doctiū expli-
care, & melius hanc controversiam dirimere possint, quia communibus pe-
nivis occurtere, & bene nelle laboranti Ecclesiæ & Reipub: laus est, nolu-
imus Ecclesiæ deesse opera à nobis requisita, Et si non magni momenti &
ponderis esse possint, que à nobis afferuntur, tanien ingenua, uera & scrip-
turæ consentanea erunt.

Id enim confirmamus omnibus, nos bona conscientiae testimonio tan-
quam ad tribunal Christi, sine ullo iniquo affectu nostri iudicij sententiam pro
nostra tenuitate esse deposituros. Et quia oltior aliquando oportuna dicit,
per nomen Domini nostri Iesu Christi, & Ecclesiæ salutem oramus, ut utraq;
pars litigantium nostri iudicij sententiam non alio animo uelit interpretari,
quam ea à nobis scripto exhibetur, qui nihil aliud querimus, quam ut sublatu
hoc dissidio uocem Euangeli Christi, ubiq; terrarum unanimes & concordia-
ter ad ædificationem Ecclesiæ, & illustrationem glorie Christi Iesu, Filii Dei
propitiatoris nostri sonemus, constanter urgeamus, & unanimiter contra
Antichristi imposturas pugnemus.

Vt autem eo clarior & apertior sit nostra sententia de doctrina
iustificationis, & Osiandri confessione, de qua postulatur dijudicatio nostra,
breuiter dicemus nostram sententiam de iustificatione & alijs coniunctis
materijs.

Litigantes per eam salutem oramus, quam habemus in Iesu Christo
redemptore nostro, ut serio inducere uelint in animum, dona, que habent,
à Deo sibi data esse ad Ecclesiæ ædificationem, non destructionem, nec ad la-
bescienda fidei fundamenta, sed stabilienda, non ad turbandas imbecillium
conscienc-

conscientias, sed ad stabilendas & confirmandas. Quām pulchre autem hoc
temerarijs hisce contentionibus prestetur, iudicet ipsi. Certè dati offendiculi
peccatum, quod nunc in animis securis cubat, aliquando conscientia, terrore
iusti iudicij Dei perterrefacta, horribiliter percellet animos illorum, qui huius
certaminis sunt authores.

Nec excusabit quenquam iste pretextus, quod doctrina de solius
Filiij iustificatione Deum arguat uel iniustitiae, uel inscitiae, ut qui uel iniuste
uel ignoranter peccatores iniustos iustos pronunciet, & pietatis, & iustitiae
studium istiusmodi pronunciatione obruat, cum in omnium nostrorum libris
planissime expositum sit, cur Deus peccatores credentes, propter solius Iesu
Christi Dei & hominis satisfactionem & meritum per fidem iustos reputet
& pronunciet, & doceatur, quod noui hominis iustitia sit individuus iustifi-
cationis effectus, & complectatur ueteris Adae instauracionem & innovatio-
nem, & hominis innovati obedientiam erga legem Dei.

Quid incommodi & absurditatis habet haec doctrina? Nos peccatores
gratis pura & infinita Dei misericordia per fidem in Iesu Christo ab-
solui, iustos pronunciari, & regenerari, nouosq; homines fieri, conditos ad be-
na opera, ut in eis ambulemus, non ut illis coram Deo iustificemur, & à ma-
ledicto legis & iusta condemnationis sententia absoluamur.

Hec doctrina certe complectitur fundamentum & summam de iua-
stificatione fidei, & iustitia renati hominis. Quid hic opus est comminisci si-
gnementum de essentiali diuinae inhabitacionis iustitia, que renatis imputetur ad
iustitiam coram Deo?

Diabolus uidet Papisticum commentum de iustitia legis ac operum,
inherentis infuseq; iustitie & nouae qualitatis sic esse confutatum nostrorum
scriptis, ut Romanus Antichristus cum suis Tridentinis patribus ac columnis
sue sedis è scriptura sacra ne unum quidem apicem in uero & genuino sen-
su proferre queat, quo suum commentum de inherentे & infusa iustitia dea-
fendere, & rursus Ecclesia obtrudere posít. Ne tamem causa cadat & ne
videatur docere, nos nouitate renati hominis iustos esse coram Deo (ut Inte-
rimistæ docent) artificiosus rem aggreditur, ponit iustificationem nostri in
essentiali Dei iustitia, habitante in nobis per fidem. Quia doctrina Dei pro-
missiones ex oculis remouentur, & pro submotis Dei promissionibus humane

cogitationes, ac imaginationes incerte reponuntur, totaq; disputatio eō de-
labitur, hominis iustitiam positam esse in renouatae naturae nouitate, que effi-
citur Dci inhabitacione in nobis, qua doctrina luctantes conscientie in per-
petua dubitatione detinebuntur, sicut in ipsa responsione latius dicitur.

Quantum mali secum trahant Ecclesiastica certamina, quām noxi-
um sit semel probatam & confessam doctrinam calumniari, & quām perni-
ciosum sit hoc Regiomontanum certamen, hic exaggerare nolumus, tantum
monemus, ut litigantes considerent, Satanam extrema tentare, & in hac ul-
tima etate precipue in hoc incumbere, ut ueras Ecclesias Christi per
nouatores dissipet, Respub: bene institutas ualeat, & sui Antichristi regnum
in eas Ecclesias, ē quibus electum est, reuechat. Ideo in primis necesse est, ut
hīscē Satanae insidijs animaduersis, orta certamina Ecclesiastica summo studio
supprimantur, tollantur, & ut concordie studeamus, in Christo unum simus,
& pari diligentia & candore puram doctrinam Christi, ut eam hactenus ha-
buiimus, contra Diaboli technas, & Tridentina anathemata, ingenua & con-
stanti ueritatis confessione defendamus. Id ut pie cæteri Ecclesiarum Doc-
tores sedulo & candide ubiq; terrarum contentur, eōq; sua dona & labores
conferant, concedat eis Pater cœlestis per Iesum Christum Dominum nostrum,
quem supplices oramus, ut Ecclesiam suam afflutiſimam contra omnes
insidiosos Satanae assultus, potentiorum iniustiam uim, & Pseudo-
prophetarum sacrilegas imposturas, usq; ad consumatio-
nem seculi protegat, sicut inde ab initio mundi eam
semper defendit & conseruauit. Cui
pro hac conseruatione & defensi-
one sit laus & gloria in
eternum. Amen.

RESPONSIO MINISTRORVM ECCLESIAE CHRI-
sti, quæ est Hamburgi & Luneburgi ad confessio-
nem D. Andreæ Osiandri de iusti-
ficatione &c.

Singulare

SINGVLARI DEI BENEFICIO, HOC
postremo tempore, a multis tetricis erroribus; Ecclesi-
am repurgataim, & ueritatem cœlestis doctrinæ restitu-
tam esse, omnes uere p[ro]p[ter] ubiq[ue] terrarum gratis animis a-
gnoscunt. Etsi enim doctrina nostra, quam profitemur,
non editis miraculis, qualia olim beati Apostoli & Mar-
tyres faciebant, ostensa & confirmata est, habet tamen sua
testimonia, eaq[ue] firma, certa ac indubitata, quæ fidem fa-
ciunt, quod hæc lux doctrinæ diuinitus nobis accensa illu-
xit. Contestantur hoc coniuncta dona & opera manifesta
spiritus sancti, testis est perpetuus scripturæ consensus, un-
de contra omnes aduersarios, quamuis multos, magnos,
uersutos, & pertinaces, ab omni erroris accusatione vindic-
ata & defensa est. Testantur idem bonorum mentes, quæ
a Deo excitatæ tanquam Dei uerbum, uti reuera est, hanc
doctrinam cœlitus patefactam amplexæ, semel receptam,
non tantum rerum, sed etiam uitæ suæ iactura adserere, &
morte sua obsignare non dubitarunt.

Cum igitur constet uocem cœlestis doctrinæ sona-
re in recte constitutis Ecclesijs, decet eius professores unani-
mi studio, pari fide, & diligentia eam tueri & in omnibus
partibus integrum conferuare. Imprimis sollicite prouid-
dere oportet, ne ipsi inter se uel spargant, uel admittant
ullas corruptelas, ne suis siue dissensionibus, siue contenti-
onibus eam uel in dubium reuocent, uel suspectam redi-
cant, neue ipsimet sua sugillare, & damnare uideantur.
Quod si inciderit aliquid, quod in controuersiam & dis-
putationem ueniat, adhibita scripturæ sacræ regula, & col-
latis placide sententijs iusta ratione dijudicetur & transiga-
tur, querant disceptates ueritatem & in ea acquiescant.

Varijs machinis aduersarij nostri oppugnarunt, &
adhuc non desistunt omnibus viribus impugnare caput &
arcem Christianæ doctrinæ de iustificatione fidei per

Christum Iesum. Tridentinum Concilium iam diruna
anathema emisit in eos, qui docent iustificationem consi-
stere in remissione peccatorum , & imputatione iustitiae.
Iam cum inter nos tristis de hac parte commotum sit pericu-
losum certamen, & Satanas astute molliatur , sublato fun-
damento , totum ædificium conuellere, & querat labefac-
tare per nos tristis, quæ per externos hostes diffidit , se posse
euertere , opus est eandem doctrinam hactenus professis
concordia, moderatione & sancta prudentia, ne plus satis
iam instructi aduersarij per nos tristis armati nos adoriantur,
& opprimant inter se odiose pugnando fractos uel debili-
tatos. Ad hunc scopum nos referimus nostram operam
in hoc scripto , in quo modeste & sincere proponimus no-
stram sententiam , quæ a nobis requiritur in controuersia
de iustificatione.

Deferimus cuiq; suum debitum honorem, persona-
rum, secundum ætatem & dona Dei , quibus præcellunt,
libenter rationem habemus , potiorem tamen in omnibus
ueritatis rationem habituri. Nam ueritatem inquirenti-
bus gratam esse putamus ingenuam libertatem in confes-
sione , & defensione ueritatis.

In præfatione sua petit D. Osiander, si qui meliora
ex scripturis docere possint , ne id facere intermittent pro-
pter Dei gloriam, & Ecclesiæ salutem, ac pollicetur se non
repugnaturum , ubi Christi Domini nostri uerbum & spi-
ritum audierit. Nobis itaq; studio erit agere dilucidis &
firmis probationibus, sumptis ex scriptura sacra. Proce-
demus autem ordine per methodum , siquidem ea ratione
disputatio , per se longior & intricior integre compre-
hendi, magisq; succincte & perspicue explicari poterit, & de
singulis facilius fuerit iudicium.

TOtius dissensionis cardo potissimum uertitur in de-
finitione, quæ, & quid sit hominis iustitia, qua coram
Deo

Deo irreprehensibilis consistit, & salutem consequitur. Ab altera parte constituitur, totoq; scripto defendit definitione, quod æterna & essentialis iustitia Dei sit iustitia fidei, alterius partis definitiones ab illa diuersæ rei ciuntur, hic spectant & tendunt omnia. Proinde res ipsa postulat, primo loco constituere certam definitionem, quam nobis exhibet & suppeditat scriptura, quæq; quemadmodum Apostolus ait Rom. 3. est testificata a lege & Prophetis, ea si alia fuerit, quam que in Osiandri confessione adseritur, omnia pro ea stabilienda in medium allata uacillant & corrunt.

Recitat confessio aliquot usitatas definitiones iustitiae fidei, quas pari censura repudiat. Nos duas, cum quibus aliæ fere consentiunt, eximemus reprehensione, fidem facturi, eas niti solidis fundamentis scripturæ: Alteram, quod iustificatio sit remissio peccatorum, iustificari sit a peccatorum condemnatione absolui, reconciliari Deo, & acceptari ad uitæ æternæ hereditatem: Alteram, quod obedientia sanguis, mors, totaq; passio Christi, recte dicantur esse nostra iustitia.

Priusquam uero huic operi manus admoueatur, incumbit nobis respondere ad distinctionem, quæ adducitur de dupli significatione uerbi iustificare, quod uno modo accipiatur, pro iustum pronunciare, altero modo pro fa cere iustum.

Taxat Osiander hanc expositionem fidei, iustificari, idem esse, quod pronunciari seu reputari iustum per fidem, quasi nostri doceant, Deum ita iustificare, ut non faciat simul iustos, sed iniustos relinquat, quos dicimus iustos pronunciari. Adfirmat, sequi hinc, quod Deus habeat pro iustis, qui non sunt iusti, & manent homines improbi, quemadmodum iniqui iudices iustificant impios defendentes suam iniustitiam, & iustos pronunciant in causa

iniusta, Hoc sensu usquam doceri de iustificatione nobis non constat, si qui ita docerent, merito reprehenderentur. Si aliqui in eo sensu accipiunt doctrinam iustificationis, non recte accipiunt, & male ea abutuntur. Docemus enim in Ecclesijs nostris, uere iustos fieri, quos Deus pronunciat iustos, nam uere remittit peccata, & uere iusti sunt, quibus peccata remittuntur, iustificatis donatur simul spiritus sanctus, is habitat in credentibus, & studium iustitiae accedit, iustificati gratis per fidem, iusta quæ sunt operantur.

Paulus scribit Rom: 4. Deum iustificare impium, uerum longe aliter Deus, quam impius iudex iniustum & impium iustificat. Homines non possunt iustos pronunciare & comprobare, nisi iustos, iuste agentes, & habentes bonam causam, Deus etiam peccatores & iniustos uere iustificat, remittendo eis peccata, non tamen relinquit iniustos. Cum homines improbos iustos pronunciant, malignent illi iniusti coram Deo, quantumuis coram hominibus absoluantur, & pro eis sententia feratur tanquam iustis. Deus, cum pronunciat iustos ex iniustis, uere iustos facit, imputat credentibus iustitiam Christi; condonat illis peccata propter filij sui satisfactionem. Verax est Deus in uerbis suis, quæ dicit, ea facit. Dei dicere seu pronunciare est facere, uiuificat mortuos & uocat ea quæ non sunt, ut sint.

Scriptura uerbum iustificare accipit in utramque partem in malam & bonam. In malam accipit, cum mali mali, iniusti iniustos pronunciant, & laudant iustos, de quibus Esai. 5. dicitur. Vx uobis, qui iustificatis impium, Item Proverb. 17. Tam qui iustificat impium, quam qui iustum condemnat, abominatio est Deo. Luc. 10. Volebat seipsum iustificare, Luc. 16. Vos estis, qui iustificatis uos coram hominibus &c. In bonam partem idem uerbum usurpatur, cum boni siue etiam mali, de bonis & iustis recte

stis recte sentiunt & iudicant, eosq; declarant & testantur
esse iustos, seu pro iustis sententiam ferunt. Sic utitur Mo-
ses Deut. 25. Psalmus 82. Iustificate iustum, Psalmus 51.
ut iustificeris in sermonibus tuis : Luc. 7. Publicani
iustificauerunt Deum. Matth. 12. Ex uerbis tuis iustifica-
beris. Item. n*o* Iustificata est sapientia a filii suis. In his
locis etiam Deus dicitur iustificari, quod quid aliud esse
potest, quam iustum agnosci, declarari & comprobari, da-
ri illi laudem iustitiae, quod sit iustus. Eodem sensu id uer-
bu accipi, cum mentio sit iustificationis fidei, notius est,
quam ut opus sit testimonia adducere. Sic usurpatur Psal-
mo 142. Non iustificabitur in conspectu tuo ullus uiuens.
Esai. 53. In cognitione sui iustificabit multos, seruos me-
us iustus. Luc. 18. Descendit iustificatus in domum suam,
Eandem significationem retinet perpetuo Aposto-
lus in scriptis suis. Rom. 8. opponit condemnationi iusti-
ficationem, quis est qui condemnnet. Deus est qui iustifi-
cat. Neq; facile proferetur ullus locus scripturæ, ubi in
causa iustificationis aliter accipiatur, quam pro iustum
pronunciare.

Ecclesiastici scriptores secuti latinæ uocis proprie-
tem, in altera fere significatione usi sunt uerbo iustificare,
pro iustum facere : Et hic usus magis obtinet ex veterum
scriptis, quam ex sacris literis. Nostri, quanq; non refuge-
runt in latina & Germanica lingua has uoces iustum face-
re, & iustum fieri, gerecht machen / vnnid gerecht werden/
prudenter, tamen in exegesi & definitione magno consilio
exposuerunt, iustificare pro iustum pronunciare, seu accep-
tare, ut caute excluderent errorem de iustitia inhærente, a
qua longius abducitur cogitatio animi, cum exponitur iu-
stificare pro reputare, seu pronunciare iustum, & offertur
definitio ipsa, quod iustificatio sit remissio peccatorum, ad
cuius probationem nunc progredimur.

Cum

Cum tractatur negotium iustificationis, & quæritur
unde & quomodo peccator iustificetur, tunc agitur de per-
diti hominis reparatione, & restitutione in gratiam, unde
excidit per peccatum, quæritur quomodo peccator obno-
xius iræ Dei, morti, & potestati Satanæ liberetur, & absolu-
tatur a peccati condemnatione: Conditio hominis iniu-
sti & damnati ostendit rationem iustificationis, non bene
alterum intelligitur, nisi alterum proprius consideretur.
Ignorantur redemptionis & iustificationis beneficia, nisi
animo obuersentur mala, in quibus peccator oppressus &
irretitus tenetur. Tota scriptura circa hæc duo præcipue oc-
cupatur, proponit hominis lapsum & transgressiones, pec-
cati & iniustitiae pœnas, iram Dei, mortem, totumq; pecca-
ti & Satanæ regnum. Econtra proponit Dei misericordi-
am, gratiam, iustitiam, & salutem partam per filium D E I,
hominem factum, mortuum & resuscitatum. Apostolus
Rom. 5, confert Christum authorem gratiæ, iustitiae & ui-
tae cum Adamo authore peccati & mortis, confert pecca-
tum & gratiam, condemnationem, & iustificationem, uitam
& mortem, ita hæc ex illis clarius intueri & rectius aestima-
re docet.

Cum igitur contrariorum sit eadem ratio, firmo ar-
gumento ex contrarijs sumpto probatur, hominem ita iu-
stificari, ut in iudicio Dei absoluatur a condemnatione, &
per misericordiam promissam in Christo propitiatore, pec-
cata ei remittantur. Peccata sunt iniustitia hominis, & fa-
ciunt hominem iniustum. Ergo remissio peccatorum est
iustitia & hominem iustum facit coram Deo. Peccata con-
demnant, ergo remissis peccatis homo iustificatur. Per pec-
cata moritur, ergo remissis peccatis uiuiscatur. Condenma-
tio & iustificatio opponuntur Psalm. 130. & 143. Rom. 8o
alijsq; compluribus locis.

Psalmo 130. petit Propheta se iustificari, hoc est,
absoluti

absoluti a peccatis suis, ne condemnetur, agnoscit peccata
& condemnationem suam dicens: Si iniquitates obserua-
ueris Domine, Domine quis consistet? Iudicio Dei oppo-
nit misericordiam, & condemnationi remissionem pecca-
torum: Apud Dominum est misericordia, & copiosa apud
eum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus inqui-
tibus eius. Similem antithesin & precationem continet.
Psalmus 143. Deprecatur enim iudicium & iram Dei, non
intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur
in conspectu tuo ullus uiuens: Hic diserte definit condem-
nationem esse, sisti & reuini agi in iudicio Dei, & in conse-
etu eius non iustificari. Contra uero, iustificatione esse non
sistit in iudicio Dei, item absoluti, & condonari peccata, si-
c ut & priore Psalmo describitur condemnationis, quod sit
obseruare iniquitates, iustificatio, non obseruare, non im-
putare, sed remittere propter Christum redemptorem.

Eandem plane antithesin Paulus facit Rom. 8. op-
ponens accusationem & iustificationem, condemnationem,
& remissionem peccatorum acquisitam morte Christi, in-
sultans peccato, morti & Diabolo, quis, inquit, accusabit
aduersus electos Dei. Deus est qui iustificat, quis est, qui con-
demnet? Christus mortuus est, immo & resurrexit, qui est ad
dexteram Dei, is etiam interpellat pro nobis. Quādo lex uim
suam exerit, ostensis peccatis, iram Dei reuelando, animi
anxiū intuentur suam iniustitiam, uident contra se stare sua
peccata, nec se posse consistere & euadere iudicium, nisi
misericente Deo, consequantur ueniam, & indulgentiam
suae iniustitiae eos accusantis, & nisi, remissis peccatis, irre-
prehensibiles & iusti consistant coram Deo.

Vt res geritur in conscientijs, ita Paulus & Psalmi
per antithesin describunt, iustificationis ordinem & mo-
dum. Ideo licebit in hac disputatione appellare ad expe-
rientiam conscientiarum, quae in contritione cum iudicio

Dei luctantur, nec ante acquiescunt, quam sentiant se relevati sententia iudicij Dei, & per misericordiam absoluiri reatu suæ iniquitatis. Constitutis in contritionis agone benigne subuenit clementis: Deus & promittit ignoscendam delictorum propter filium passum pro peccatis mundi. Scriptura redundat suauissimis consolationibus, quæ promittunt peccatorum remissionem, ut miseri pressi suis iniquitatibus in spem certam salutis erigantur. Ad hunc finem Christus refert fructum suæ passionis, & resurrectionis, ad hunc finem dirigit ministerium Euangelij, & potestatem clavium Matth. 16, & Ioan. 20, reuocat ad hanc summam, quæcumque de ipso scripta sunt in Mose, in Prophetis & Psalmis, quod oportuit Christum pati & a mortuis resurgere tertia die & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum. In idem compendium contrahit Petrus conciones Prophetarum de Christo Act. 10, dicens. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod accipimus remissionem peccatorum per nomen eius. Adeo non docent frigide de iustificatione, qui docent nos iustificari remissione peccatorum, ut uersentur in officio omnium Prophetarum, & idem testimonium de Christo ferant, quod ei dederunt omnes Prophetæ, quos accusare, quod frigide docuerunt de iustificatione, nihil aliud urgentes, quam remissionem peccatorum, quæ contingit per Christum, nimis durum, ne dicamus, impium fuerit.

Iu Propheticis & Psalmis conciones de remissione peccatorum præcipue eminent, & in Prophetijs de Christo primum obtinet locum: in Ieremia pactum noui testamenti, quod haud dubie est pactum gratiae & iustitiae constitutum in remissione peccatorum. Deus promittens nouum pactum promittit se remissurum iniquitates, per fidem nouæ legis seu Euangeli inscripti mentibus hominum: Ecce dies venient dicit Dominus, quando faciam cum domo Israel & cum

& cum domo Iuda fœdus nouum, dabo legem meam in
corda eorum, & in mentem eorum scribam illam, & ipsi
erunt populus meus, eroq; Deus eorum, cognoscent me
omnes & minimi & maximi, quia remittam ipsis iniquita-
tes eorum, & non recordabor amplius peccatorum eorum.

Ex uero scripturæ intellectu in Symbolo Apostoli-
co Ecclesia sancta confitetur, iustificationem esse remissio-
nem peccatorum. Non est dubium Apostolos complexos
esse in Symbolo præcipuos articulos nostræ religionis.
Præcipua autem pars est doctrina de iustificatione, quam
partem non præterisse eos, sed complexos esse, cum negari
non possit, fatendum est, quod eam expresserunt in hoc ar-
ticulo: Credo remissionem peccatorum, in hoc nimis
sensu, quod iustificatio sit remissio peccatorum. In hac
non initium tantum, sed etiam progressum & continuati-
onem suæ iustitiae constituit Ecclesia, quotidie confitendo
sua delicta & consolando se peccatorum suorum remissio-
ne, id quod in quotidiana sua Precatione confitetur, pe-
tens sibi dimitti debita sua, sicut & Psalmus 31. admonet
huiusc confessionis, cum inquit: Pro hac orabit ad te om-
nis sanctus in tempore oportuno,

Osiander distinctionem facit inter condonatio-
nem peccatorum, & iustificationem, alterum ab altero se-
parat, præmittit remissionem peccatorum iustificationi,
affirmat prius remitti peccata: Deinde absolutos a pecca-
tis iustificari essentiali iustitia Christi, quamquam in di-
putatione sua secum dissidens, iustificationem tribuit re-
missioni peccatorum, dum facit duas partes iustificatio-
nis, alteram remissionem peccatorum, alteram reconcili-
ationem.

Prophetæ non distinguunt, nec alterum ab altero
distrahunt, sed coniungunt, adeoq; alterum per alterum
definiunt. Daniel cap. 9. nominatim ponit iustitiam, &
C 2

dele.

deletionem peccati, non tanquam duo diuersa seu separata, sed alterum per alterum explicat & definit: Variatur de tempore noui Testamenti, quod adducetur iustitia sempiterna, & præmittit declarationem: Ita adducetur iustitia, quod delebitur iniquitas. Ita Esaias prædicit Christum iustificatum multos persui cognitionem, & aliquoties meminit remissionis peccatorum partæ per passionem Christi: Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: Promissioni de iustificatione per Christum continuo annexit hæc: Iniquitates corū ipse portabit, item, Pro transgressoribus deprecatus est.

Paulus scribit Rom. 3. iustitiam fidei testificatam a lege & Prophetis: Petrus allegans testimonium & consensum omnium Prophetarum, dicit eos Christo dare testimonium, quod accipiamus remissionem peccatorum per nomen eius. Non hic inter se dissonant Paulus & Petras, dum alter de iustitia, alter de remissione peccatorum sermonem infert, pulchre sibi consentiunt, alter alteri subscribit, & quasi responderet, non aliud ille, quam hic, nec aliud hic quam ille, sed plane idem ex Prophetis contestatur, Paulus uocat iustitiam, quam Petrus remissionem peccatorum.

Hic ne cui contradicendi locum relinquamus, producem⁹ Paulum, in uno eodemq; suo sermone hanc intelligentiam nobis suggerentem, quod iustificari relatiue dicitur, ut sit iustificari idem, quod est absolui a peccatis, & si iustum a Deo acceptari. Verba Pauli leguntur Acto. 3. Notum sit uobis, quod per hunc uobis remissio peccatorum annuntiatur, ab omnibus, a quibus non potuistis per legem Moysi iustificari, per hunc omnis, qui credit, iustificatur. Etsi hoc loco expresse non addit hæc uerba, a peccatis iustificari, tamen non alio sensu dixit, quam annuntiatur uobis remissio ab omnibus peccatis, a quibus non potuistis iustificari. Nemi-

Neminem existimamus aspernaturum testimonium
Ioannis Brentij, ideo eius adscribemus sententiam ex Cap.
10. Acto. &c. 13. Priore capite ita scribit, consentiunt Pro-
phetae & uno ore confitentur, non per opera, sed per fidem,
non propter merita hominum, sed propter nomen I E S V
CHRISTI contingere remissionem peccatorum, quæ est
iustitia nostra. Cap. 13. sic scribit, propter Christi meritum,
homines iustificantur coram Deo. Nullum opus huma-
num tanti meriti est, ut propter ipsum peccata remittan-
tur, hoc est, homines iustificantur. Hæc si quisquam uelut
iustitia hominis testimonium eleuabit, redeo ad Paulum, quem
nemini licet testem recusare.

In cap. 4. ad Rom. ex Genesi probat Abrahamum
iustificatum esse per fidem absq; operibus legis, citat deinde
Psalmum 32. affirmans Dauidem in eo Psalmo dicere
beatitudinem hominis, cui imputat Deus iustitiam sine o-
peribus. Iam uerbum nullum in Psalmo expresse legitur de
iustitia & imputatione iustitiae: Propheta de remissione
peccatorum uerba facit, prædicat beatos, quibus remissæ
sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata, & beatum,
cui non imputat Dominus peccatum. Pro his uerbis, cui
non imputat peccatum, substituit Paulus. Deus imputat
iustitiam sine operibus. Hinc euidenter apparet, imputare
iustitiam Paulo idem fuisse, quod est in Psalmo, non im-
putare peccatum, remittere iniquitates & regere peccata.
Quod si aliud esset iustificare, quam remittere peccata, non
utrumq; Paulus pro eodem habuisset, puta imputare iusti-
tiam & non imputare peccatum.

In cap. 1. ad Coloss. in remissione peccatorum col-
locat totam redemptionem & hanc per illam definit, ait e-
nim: Per Christum habemus redemptionem per sangu-
inem, scilicet remissionem peccatorum. Ex uno eodemq;
spiritu, Zacharias in cantico suo. Luc. 1. dixit, totius salu-
tis sci-

tis scientiam esse in remissione peccatorum. Paucis describit officium sui filij, antecessoris Christi, & usum ministerij Euangeli, quo datur scientia salutis, quia ostendit ueram rationem & uiam qua consequimur salutem, quæ constat remissione peccatorum. Ioannes dedit scientiam salutis, quia testificatus est, quod Iesus sit Messias & agnus tollens peccata mundi. Cum Zacharias totam salutem, David totam beatitudinem, Paulus redemptionem & imputacionem iustitiae constituerat in remissione peccatorum, quis iuste reprehendat nos in ea constitueret iustificationem & salutem?

Si iustitia aliud quiddam est separatum a remissione peccatorum, sequitur hoc absurdum dictu, non iustificari, quibus remittuntur peccata, non esse iustos habentes remissionem peccatorum, nec saluari eos, & falso Davidem promisisse beatitudinem ijs, quibus remittuntur peccata.

Quæ fuit iustitia peccatoris in cruce conuersi, nisi remissio peccatorum? Quare saluatus est, nisi quod propter Christum crucifixum unicum saluatorem consequitus est ignorantiam suorum scelerum? Non alia re iustificatus est publicanus Luc. 18, confugiens ad Dei misericordiam deprecabatur ueniam, dicens: Deus propicius esto mihi peccatori. Christus pronunciat, eum iustificatum descendisse in domum suam. Quod orauit publicanus sibi remitti peccata, id interprete Christo perinde & tantundem fuit ac si petiuisset, se iustificari: Manifestum est ex præfatione Euangelistæ, cum commemorat Christum dixisse ad quodam qui in se confidebant, quod essent iusti, & ex sententia Christi, Descendit hinc iustificatus in domum suam &c. quod in Pharisæo proposuit exemplum Pharisæicæ iustitiae, quæ nititur dignitate operum, & in Publicano exemplum Christianæ iustitiae expressit, quæ contingit peccatori, bus agentibus poenitentiam, per misericordiam Dei promissam

missam in Christo; quam fide apprehendunt. Pharisæi nuntur falsa fiducia operum, confidunt se esse iustos, hoc est, sine peccatis propter opera sua: Qui autem se humiliant, confidunt Dei misericordia. quod iustificantur remissione peccatorum.

Ex hoc & quibuscunq; alijs exemplis, quæ scriptura de conuersis & iustificatis proponit, elucet luce clarius, iustitiam esse remissionem peccatorum, ac iustificari, idem esse quod est remitti peccata, & a damnatione absolutum acceptari ad uitam æternam.

OBEDIENTIA ET PASSIO CHRI-

sti sunt nostra iustitia coram Deo.

CVM pij uel legunt, uel audiunt recitari ex Osiandri confessione, quod negare audet, Christi sanguinem nostram esse iustitiam, & addit, nusquam in scriptura id reperiri, auribus & animis totis abhorrent. Sentiunt enim pretiosum sanguinem Christi affici contumelia, & pro nihilo haberi, præsertim quando hæc uerba diuulsa a reliquo contextu ita, ut sonant, accipiunt, nec quo sensu ista scribantur intelligunt.

Osiander separat iustificationem a remissione peccatorum, sanguini & morti Christi tribuit satisfactionem & condonationem peccatorum, hanc priore, illam posteriori loco ponit. Disputat, mortem & passionem Christi, non esse iustitiam, sed causam & meritum iustitiae, quam Christum inhabitantem esse contendit secundū diuinam suam naturam. Ita enim scribit, Christus sua passione nos redemit ab ira Dei, a morte & inferno, Vnde toties scriptura sanguini tribuit remissionem peccatorum & reconciliationem. Christus impletione legis & passione sua meruit nobis, quod Deus remissis peccatis iustificat nos: Et alio loco.

Euan-

Euangelium annunciat nobis peccatorum ueniam,
quam postquam per fidem adepti sumus, tum deinde iusti-
ficamur. Item in disputatione, Nemo iustificatur, nisi pri-
us remittantur peccata per sanguinem Christi. Quod si au-
tem sanguis & mors redemptoris nostri tantum essent me-
ritum iustitiae, & haec esset effectus, seu fructus sacrosanctæ
passionis eius, tamen uerissime diceretur, passionem eius
esse iustitiam nostram. Iam uero utroq; modo obedientia
& passio Christi uendicat sibi nomen & laudem iustitiae,
tum quia per haec iustitiam nobis promeruit, tum quia no-
bis imputantur ad iustitiam, & uere coram Deo sunt nostra
iustitia. De priore parte inter nos conuenit, Christum san-
cto suo sanguine & morte nobis meruisse remissionem
peccatorum, nosq; redemisse ab æternæ mortis interitu. Te-
stantur id uerba Christi dicentis, hic est sanguis meus, qui
pro uobis effunditur in remissionem peccatorum: Item ali-
quot loci Pauli ad scribentis redemptionem, reconciliatio-
nem & remissionem peccatorum, pro nobis effuso sanguini
agni immaculati. Dissensio est de posteriore parte, ideo pro
ea stabienda in sequentibus adducemus nostras proba-
tiones.

Impletio legis & perfecta obedientia est iustitia.
Christus perfecte impleuit legem, in omnibus præstans
obedientiam, & fecit uoluntatem Dei Patris Psalm. 40.
Tunc dixi, Ecce uenio, in libro scriptum est de me, ut face-
rem uoluntatem tuam Deus meus, uolui, & lex tua in me-
dio cordis mei. Hanc obedientiam suam & impletionem
legis Christus in eodem Psalmo uocat iustitiam, quæ an-
nunciatur per Euangelium & donatur credentibus in eum.
Euangelizauit, inquit, iustitiam tuam in ecclesia magna,
Item Matth. 5. Non ueni, ut soluerem legem, sed ut imple-
rem. Ioan. 4. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius,
qui misit me, & perficiam opus eius. Ioan. 5. Ioan. 8. Qui
me mis-

me misit, mecum est, & non reliquit me solus, quia ego
quæ placita sunt ei, facio semper. Philip. 2. Christus obedi-
ens factus est Patri usq; ad mortem, mortem autem Crucis.
Admit Osiander iustitiam obedientiæ Christi, ne-
gat in disputatione sua Christum ideo iustum, quia legem
impleuit, adfirmat ideo iustum esse, quia ab æterno Patre
iustus natus est. In confessione negat, hominem Iesum ali-
am habere iustitiam, quam ipsam diuinitatem, quam uo-
cat essentialiæ iustitiam Dei, & ipsum Deum. Valde ad-
miramur, quod in disputatione sua confitetur nobiscum,
quod nemo sit iustus, nisi solus Christus, qui legem & om-
nem iustitiam impleuit, & tamen non ueretur detrahere
iustitiam Christi homini, & dicere iustum esse, non quia le-
gem impleuit, sed quia ab æterno Patre iustus natus est.
Si loquamur de filio Dei, non adsumpta carne, uel si alte-
ram solum modo naturam in Christo consideremus, tum
non aliam habet iustitiam præter eam, quam habuit ab
æterno. Quia uero loquimur de Christo Deo & homine,
absit, ut Christum secundum alteram diuinam naturam
scilicet, pronunciemus iustum, & adfirmemus hominem
Christum non esse iustum, nisi diuina natura, item non
habere iustitiam, nisi secundum diuinam naturam, certe
Christus iustus est, non tantum ut Deus, sed etiam ut ho-
mo. Ascribitur quidem recte iustitia Christi hominis Deo
tanquam causæ efficienti, nam Deus erat & operabatur
omnia in Christo homine, Deo omnia sua opera accepta
ferebat Iesus, non ideo tamen detrahenda est Christo sua
iustitia sita in illius obedientia, operibus & passione, qui-
bus iustitiam omnem impleuit. Piorum obedientia &
bona opera, quæ operante Deo faciunt iustitiae nomen in
scriptura obtinent, tametsi sit inchoata tantum & imperfe-
cta opera Christi, quæ Deus in illo operatus est, perfectissi-
ma & purissima, non dignabitur quisquam, sed fraudare
audebit iustitiae nomine & laude. D Chri-

Christus expresse obedientiam suam in ijs, quæ fecit secundum uoluntatem Patris in ministerij commissi dispensatione uocat iustitiam, Math. 3. dicens. Sine modo, ut compleamus omnem iustitiam. Inter opera suæ iustitiae etiam collocat suum baptismum. Baptisatus est, ut implete omnem iustitiam. Proinde Baptismus eius, partem quoq; habet in nostri iustificatione, etenim suo Baptismo nobis consecrauit Baptismum, meruit nobis iustitiam, quæ nobis donatur per Baptismum. Hinc Paulus de Baptismo scribit, 1. Cho. 6. Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis per nomen Domini Iesu Christi.

Paulus Rom. 3. Iustificationem nostri reuocat, non ad essentialem Dei iustitiam, remota iustitia obedientiae & passionis Christi, sed astringit eam ad redemptionem factam per Christum Iesum, Iustificamur inquit, gratis per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quam proposit Deus propitiatorem in sanguine, ut exhiberet iustitiam suam in eo, quod remittit peccata, quæ præcesserunt. Cap. 5. eadem ratione, & eodem sensu ascribit sanguini iustificationem, qua alijs locis redemptionem & reconciliationem, Utitur simili plane locutionis genere mentionem faciens iustificationis & redemptionis, per sanguinem Christi habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Ita per sanguinem Christi iustificamur, non patitur similitudo sermonis diuelli redemptionem, remissionem & iustificationem, nec admittit, ut alio sensu accipiatur iustificatio, quæ fit per sanguinem Christi, quā quo dicitur, per ei⁹ sanguinem fieri remissionem peccatorū & reconciliationem. Astipulatur Apostolus nostræ sententiæ claris uerbis Rom. 8. Cap. Quod impossibile erat legi, Deus per filium suum, quem in mundū misit, præsttit. Impossibile erat iustificari homines per legem, Itaq; De⁹ Filiū fecit hostiā pro peccato, & per peccatum damnauit peccatum, ut iustifica-

tio legis impleretur in nobis. Quid magis perspicuum dici potest de passione Christi, qui factus est propter nos iustitia, & de iustitia acquisita in lege, quā quod Apostol⁹ dicit Deum peccatum per peccatū condemnasse, ut iustitia, quā exigit lex, in nobis impleretur. Iustitiam nostram diserte reuocat ad legis impletionem, quam Christus pro nobis consummavit. Similis plane locus extat, 2. Cho. 5. Vbi quod in Rom dicitur, condemnavit peccatum de peccato, dilucidius his uerbis effert. Eum, qui peccatum non nouit, fecit peccatū pro nobis, ut fierem⁹ nos iustitia Dei in illo, hic astringitur iustitia nostra ad passionem Christi, non tantum tanquam ad causam efficientem seu meritum, sed etiam formalem, ad firmat Paulus, nos fieri iustitiam Dei in Christo, qui iustus & innocens factus est pro nobis peccatum. Non enim tantum Apostolus dissereret inscriptis suis, de caussa iustificationis unde sit iustitia, sed etiam de forma, quid sit nostra iustitia, nimirum hæc, quod Deus cum peccatum fecit, quinon nouit peccatum.

Scriptura relative respicit & includit Christi humiliationem, mortem, & totam eius obedientiam, & passionem, ubiunque mentionem facit redemptionis, iustificationis & salutis nostræ. Esaias cap. 53. proponit nobis beneficium iustificationis in Christo humiliato & uulnerato propter peccata nostra, uocat eum serum, siquidem cum esset Dominus super omnia & æqualis Deo, formam serui accepit. Christum serum suum dicit iustificare multos in cognitione sui,

Zacharias cap. 9. iustum uocat & seruatorem Christum humiliatum asina uectum, & addit de passione eius, emisisti, inquit, quintos tuos de lacu, per sanguinem testamenti tui, Prima promissio de liberatione humani generis, includit Christi incarnationem & humiliationem. Secunda Mulieris conteret caput serpentis, complectitur omnes

articulos de redēptione facta per Christum Iesum , qui in altera parte symboli fidei catholicæ continentur, ostendit, quid filius Dei homo factus efficiet, sanctis: sua incarnatione, uita, morte & resurrectione , uidelicet , quod conteret caput serpentis, dissoluet opera Diaboli, & destruet regnum peccati & mortis. Hæc omnia etiam proponuntur in promissione patefacta & repetita patribus. In semine tuo benedicentur omnes gentes , Paulus promissionem Abrahæ factam exponit in epistola ad Galatas cap. 3. 5. & partam esse per Christum benedictionem, per contrarium docet eo ipso, quod factus est maledictum , Benedictio complectitur iustificationem, Christus per impletionem legis & passionem suam abstulit maledictionem, & attulit benedictionem, redemit nos de maledictione legis , factus pro nobis maledictum , ut gentibus benedictio Abrahæ contingere per Christum Iesum , ut promissionem Spiritus accipemus per fidem , unde consequitur , iustificationem nostri consistere in eius obedientia & passione & credentibus contingere per sanguinem & crux Christi.

Ad Roma. cap. 5. opponit iniustitiæ & damnationi introductæ per Adami inobedientiam, iustitiā positam in obedientia Christi. Adam & posteri eius iniusti sunt & peccatores propter inobedientiam, Iusti vero constituantur per obedientiā Christi, Notanter dicit, per unius hominis obedientiam multos constitui iustos, ne alibi queratur iustitia, quam in illius obedientia, nec statuamus aliter nos quam illius obedientia iustificari. Inobedientia & violatio legis est iniustitia Adami & posteritatis eius. Ergo Christi obedientia & satisfactio est iustitia, qua peccatores apud Deum iusti constituuntur, Relatiue ad crux & passionem Christi, Paulus 1. Cho. 1 scribit , quod Christus a Deo nobis factus sit sapientia redemptio & iustitia , nam præmittit de cruce in hæc uerba, prædicamus Christum crucifixum

fixum & subiungit cap. 2. Non existimauit me aliquid scire
inter uos, nisi Christum & eum crucifixum:

Multum laborat Osiander, ut hunc totum locum
Pauli inflectat ad suum dogma. Sed frustra omnem labo-
rem insumit, Paulus non loquitur ibi de essentiali iustitia
& sapientia filij Dei, sed de filio Dei homine facto & cruci-
fixo, ut est nostra iustitia & sapientia, in humili forma ser-
ui, in cruce, morte & resurrectione sua, Crucem & mortem
Christi Euangelium prædicat, cum tractat doctrinam de
iustificatione, Filius Dei homo factus crucifixus & resuscita-
tus a mortuis, factus est nobis sapientia, unde dicit, Chri-
stum a Deo nobis factum esse iustitiam &c. Sapientiam in-
telligit Apostolus, cognitionem Christi, quod ex Euange-
lio prædicato cognoscimus, eum passum esse propter pec-
cata nostra.

Cognitionem Christi passi pro salute nostra, com-
mendat nobis Esaias in tota prophetia cap. 53. Proponi-
tur nobis passio Christi, & cauſa ac fructus passionis ad
nos transfertur, hæc sapientia Luc. x. dicitur a Zacharia sci-
entia salutis. Hæc est nostra sapientia, cognoscere Iesum
crucifixum, qui uulneratus est propter peccata nostra &c:
In cognitione & fide, crucis, mortis & resurrectionis eius,
consistit nostra sapientia, & iustitia, sicut Apostolus decla-
rat, cap. 2. Nobis reuelauit Deus per Spiritum suum, ut
sciamus quæ donata sunt nobis. Per crucem suam Chri-
stus factus est nobis redemptio, ita per crucem, a Deo factus
est nobis sapientia & iustitia: Omnia relatiue pertinent ad
crucem, unde præmittitur de prædicatione & sermone cru-
cis. Quod a Paulo dictum est de gloriatione in Christo
Domino crucifixo & resuscitato. Confessio Osiandri de-
torquet uiolenter ad diuinam essentiam Christi, in hac,
non in passione eius gloriandum esse pronunciat, gloriari
in domino exponit, quod sit gloriari de essentia diuina.

Ato

Atqui Paulus scribit gloriandum esse in Christo , qui crucifixus est, non excludit a gloriatione de nostra iustitia Christi Domini crucem & mortem , Ad Gala. cap.5. Gloriationem ad Christi crucem refert , Absit inquit, ut glorier, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.

Ad passionem suam Christus accommodat iustitiam nostram, Joan. 16. definit iustitiam constare suo ad Patrem transitu, hoc est, morte & resurrectione. Et quid aliud Paulus ubique ingerit animis , quam beneficia Christi, quae quoties commemorat , semper additum humiliationem sanguinem & mortem traditi pro nobis. Galatas 1. Christus dedit semetipsum pro peccatis nostris , ut eriperet nos de praesenti seculo nequam cap. 2. Viuo in fide Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Ephe.5. Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis.

Desinimus recitare plura testimonia , siquidem hæc abunde sufficiunt, & multo plura nusquam non occurruunt lectori, nos præmissis addemus iam consequens. Quandoquidem Christi obedientia præstata in impletione legis, & exoluendis poenis nostrorum peccatorum , omnibus suis numerus est consummata iustitia , eadem quoque nostra iustitia recte esse perhibetur, creditur & defenditur, Nam nobis natus est & datus a Deo Patre, pro nobis passus, traditus propter peccata nostra , & resuscitatus est propter iustificationem nostri. Omnia nostra sunt qui fecit & propter nos sustinuit , Omnia misericors Deus dedit, cum Filio, quem dediit, Rom. 8. 1. Chorin. 2. Nostra est illius nativitas, uita, mors & resurrectio, nostra est illius obedientia, nostra ergo etiam est iustitia.

Ne autem ad eludendum nostras probationes effugium aliquod relinquatur, addemus paucas aliquot sententias, in quibus etiam ueborum forma id exprimat & sonet, quod prius citatis locis secundum sensum scripturæ clarissime

sime demonstratum est, quanquam uerba primo aspectu non præferant, neq; probare videantur, quod Christi obedientia & passio sint nostra iustitia & salus, omnem cæuillationi uiam præcludit locus, Ioan. 6. ubi inquit Christus, Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Fatetur Osiander, Christum concionari de sua morte & spirituali participatione fructus passionis eius, ita enim habet eius confessio, Christi carnem edere & bibere eius sanguinem, nihil aliud significat hic, quam credere, quod peccata nostra pertulit in corpore suo, & sanguinem effudit in remissionem peccatorum. Verum ita, ut nos per hanc fidem reddamur una caro cum CHRISTO & sanguine eius mundemur a peccatis nostris. Hæc ille. Attamen quia uidit, hunc locum suæ opinioni refragari, adfert plane nouam & uiolentam expositionem, carnem & sanguinem exposuit, pro diuinitate in carne & in sanguine.

Christus loquitur de carne tradita in mortem, præcedunt namq; hæc uerba, Panis quem ego dabo caro mea est, quam dabo pro mundi uita. Diuinitas uero non est tradita in mortem, oportet igitur uerba Christi in proprio suo sensu, de uera Christi carne & sanguine intelligere, non tamen a carne eius sancta remouemus diuinitatem. Caro eius est cibus uitæ, quia caro est Filij hominis, qui est Deus. Mors Christi est satisfactio, obedientia eius est nostra iustitia, quia est mors & obedientia hominis, qui est Deus. Filius hominis remittit peccata per meritum passionis suæ, quia Deus est, Matt. 9. Ex illa indiuindua coniunctione seu unione naturæ diuinæ & humanæ in una persona, est dignitas, perfectio & inestimabile precium sanguinis mortis, omnium opetum & passionum Christi in sanctissima eius humanitate, inde est potentia ac uirtus delendi iniquitates, destruendi mortem, & potestas remittendi peccata, uiuificandi & saluandi. Hinc Petrus amplificat pretij pro nobis dati,

dati, effuso Christi sanguine magnitudinem & dignitatem, admonens nos non auro redemptos esse sed precioso sanguine Iesu Christi, Item Paulus 1. Cho. 5. & 7. Prelio empti estis &c. quandoquidem Christus Deus & homo est, omnia habentur in Christo diuina, immensa, inestimabilia & salutifica opera & beneficia redemptionis, reconciliationis, iustificationis & renovationis competunt Christo Deo & homini, non secundum alteram tantum, sed secundum utramque naturam, tametsi in carne sola passus est, 1. Petri 4.

Ecclesia sancta credit, & omnem salutis spem collat in Christum Deum & hominem. Non tantum credit, eum redemptorem iustitiam & uitam suam esse, non tantum sperat in eum, & expectat ab eo salutem, secundum diuinam uel humanam naturam, sed secundum utramque. Non distrahantur naturae unitae in una persona, nec beneficia personae Christi diuellantur, quae adeo sunt inseparabilia, ut Christus dicat filius hominis, habet potestatem remittendi peccata, nimirum quia Deus est, & Paulus. Deus acquisiuit Ecclesiam suam sanguine suo, & Angelus Mat: 10. Vocabis nomen eius Iesum, quia ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

Siander iustificationem a ministerio redemp-
tions & reconciliationis, longo temporis interuallo seponit
& annorum spatij dirimit, redemptionem & satisfac-
tionem adsignat præterito tempori, quando Christus passus
est, iustificationem adsignat tempori cuilibet, quando ho-
mo credit Euangelio, & iustificatur Christo in eo inhabi-
tante. Quantu[m] abest, ut hac doctrina non diuellatur iustifi-
catione a ministerio redemp[ti]onis & reparacionis generis hu-
mani. Certe cuncta redemptoris nosti beneficia ad idem te-
pus pertinent, uno eodemque tempore effecit & paravit om-
nia necessaria ad nostram salutem, redemit nos, iustificauit,
sandi-

sanctificauit, uiuificauit & confedere nos fecit in cœlestibus, cum conuersatus inter homines animam suam posuit in redemptionem, & ex mortuis resuscitatus ascendit in cœlum. Proinde misit seruos suos in mundū dicere inuitatis, uenite, parata sunt omnia. Et quatuor merita ac beneficia Christi, dispensantur & conferuntur hominib⁹ temporib⁹ diuersis, perinde ut alij alijs succedunt per uices temporum, tamen conuersi & participes regenerationis uno tempore simul consequuntur beneficia Christi, communicant redemptioni, iustitiae, & omnibus bonis Christi, eaq; per spē possident, quoad in altera uita plene illis fruatur. Semel quidem Christ⁹ præfinito tempore passus est, semel mortuus est, semel perfecit opus redemptionis: Passionis tamen uirt⁹, efficacia, preciū & merita ualent omnib⁹ temporib⁹. Distributio & communicatio meritorum eius, quæ fit fide, non unius est temporis, sed omnium temporum, & in omnes ætates se extendit. Est enim Christus Iesus Sacerdos in æternum, & unica oblatione in perpetuum consummavit sanctos. Recte itaq; tribuuntur Christi obedientiae, sanguini & morti cuncta eius beneficia quæ contulit ad seruandum perditum mundū. Qua ratione sanguini & morti ei⁹ adscribirur redemptio, satisfactio, recōciliatio, instauratio lapsi hominis, eadē ratione adscribitur ei⁹ sanguini iustificatio.

Apostolus Ioannes 1, epist. cap. 1. scribit, sanguinem Christi nos mundare ab omni iniquitate: In epist ad Hebr. cap 9. & cap 13, sanguini Christi tribuitur sanctificatio & emundatio a peccatis. Mundare a peccatis & sanctificare sunt opera DEI, non tamen ueritus est Ioannes scribere, Christi sanguinem mundare, Paulus uero sanctificare & emundare a peccatis. Scripturæ sermonem nos tuto imitabimur, ut dicamus, sanguis Christi redimit, iustificat, mors Christi perimit nostram mortem, uulnera Christi nos sanant, & similia. Loquimur enim de sanguine &

morte hominis Christi, qui Deus est. Huius generis orationes multas suppeditabit diligens obseruatio in scriptis veterum. Sic Ambrosius super epist: Gal: 3. loquitur. Passio Domini uita nostra est & destructio mortis.

Postremo loco suppeditat nobis probationem nostræ assertionis, iustitiam nostram constare obedientia & passione Christi, integra disputatio Pauli, quam tractat in epistola ad Romanos & ad Galatas, disputat ibi, hominem non iustificari ex operibus legis, sed per fidem in Christum Iesum, opponit legis operibus, obedientiæ & uirtutibus & meritis hominum, Christi opera, passionem, obedientiam & merita. Antithesis ualde illustrem facit ad Ro: 4. Item cap. 10. Ignorantes iustitiam Dei & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, finis enim legis Christus est ad iustitiam omni credenti. Quam diserte affirmat, Christum legem impleuisse, & eam impletionem esse iustitiam credenti. Hanc sententiam Iatius explicat, instituit collationem & definit iustitiam legis & fidei, quæ ex fide est iustitia sic dicit, ne dixeris in corde tuo &c.

Animaduertit Osiander uel hunc imprimis locum assertioni suæ obsistere & repugnare, quare conatur addita interpretatione non tam amoliri a se, quam ad suum institutum inflectere. Candide nos admonemus, ueritate sic postulante a nobis, de ijsquæ iudicamus aliena a scripturæ sensu errorem aliquem stabilire, iustitiam fidei, quæ reprehendit humani cordis dubitationem, & dicit ne dixeris &c. exponit Osiander, quod uerbum, hoc est, filius Dei sic dicat. Sed refragatur textus multis modis, nam iustitia fidei opponitur iustitiæ legis. Diserte dicit de uerbo in ore & corde, ne hoc uerbum intelligamus Filium Dei, statim additur declaratio: Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus, si confessus fueris ore tuo Dominum Iesum &c. Corde enim creditur ad iustitiam &c. Valde perspicue*iustiti*

Iustitiam fidei reuocat ad Christi mortem & resurrectionem, Iesum esse Dominum, resuscitatum esse a mortuis, hoc corde credimus ad iustitiam & ore confitemur ad salutem.

Altera Antithesis iustitiae legis & fidei illustris legitur cap. 3. ad Philip: quæ mihi fuerunt lucra &c. arbitratus sum propter Christum detrimenta. Ex his locis euidenter concluditur, quandoquidem summouet Apostolus iustitiam operum & eam detrahit nostræ obedientiæ & uirtutib. quod Christi obedientiæ, uirtutibus, operibus & passiōnibus tribuit iustificationem.

DE CAVSA EFFICIENTE iustificationis.

AD causam efficientem iustificationis pertinet, quod disputat Osiander, Christum secundum diuinam naturam esse iustitiam nostram, quod genus locutionis clarius effert, cum scribit, Christum secundum diuinam naturam iustificare: Ut persuadeat hominem iustificari essentiali Dei iustitia, disputat de causa efficiente, quod iustificare opus sit omnipotentiæ Dei. Scribit enim in propositionibus suis: Nihil iustificat, nisi idem uiuificer. Et econtra nihil uiuificat, quin idem iustificer. Nulla autem de causa efficiente est controuersia, conuenit utring Dei opus esse iustificare hominem peccatorem. Vere dixit beatus Augustinus: Non minus est iustificari impium, quam creare cœlum & terram. Nota sunt illa Pauli Rom. 4, Deus iustificat impium, & Rom. 8. Deus est qui iustificat. Merito erroris arguuntur Theologi, si qui putant, nos iustificari posse alia re (ut utamur Osiandri uerbis) quam solo Deo. Si sermo sit de causa efficiente iustificationis, nec iustificatio tantum, sed etiam redemptio, remissio peccatorum, reconciliatio Dei opera censentur, Dei est non tantum iustificare et uiuificare, sed etiam redimere, remittere pecca-

ta, reconciliare peccatores & similia. Opus remittendi peccata sibi uendicat Deus in Esa: 34. Ego, Ego, inquit, sum qui deleo iniurias tuas. Item redemptionis opus per eundem Prophetam sibi attribuit cap. 44. Hæc dicit Dominus Deus tuus redemptor tuus & formator tuus. Et per Davidem Psalmo 130. Apud Dominum misericordia, & ipse redimet Israel. Paul. 2. Cor. 5. reconciliationem Deo adscribit: Deus erat in Christo, reconcilians muudum sibi.

Verbis idem itaq; loquimur, Deum authorem & effectorem iustificationis utriq; confitemur, retamen dissentimus. Osiander sentit Deum iustificare essentiali iustitia, non obedientia, sanguine & morte Christi: Nos quidem Deum iustificare adserimus, sed ita, ut merita obedientiae & passionis Christi pro iustitia nobis imputentur, & donentur a Deo, & peccata nobis remittantur propter Christum Iesum. Recte dicitur Deum esse iustitiam nostram, dummodo recte intelligatur de efficiente causa. Nos intelligimus Deum esse iustitiam nostram effectiue, ille uero intelligit iustitiam nostram esse formaliter, docens nos iustos esse iustitia essentiali Dei in nobis habitantis, non fidei imputatione. Nos loquimur de iustitia relative, quantum ad mortem Christi, quemadmodum Esaias relative iustificationem includit in Christi passione cap. 53. Seruus meus iustificabit multos in cognitione sui, Et Paul: Ro: 8. Deus est, qui iustificat, quis est qui condemnatur? Christus est qui mortuus est, imo qui & resurrexit. Ille de iustitia Dei essentiali absolute loquitur, quæ sit iustitia nostra formalis. Antecedenti, quod Deus iustificat, annexit hoc inconsequens: Ergo Deus est iustitia nostra essentialis. Præmittit de causa iustificationis, quod illius opus sit iustificare, et concludit, Deum esse nostram iustitiam. Hoc enim modo argumentatur: Nihil potest nos iustificare in Christo, quam diuina natura: Ergo diuina natura in Christo est nostra iustitia

stitia. Hoc argumentum procedit a causa efficiente ad rem effectam , seu opus ipsum. Aliud autem est diuina natura seu Deus ipse; aliud est opus Dei, aliud est conditor seu creator Deus, aliud creatio & creatura: Ita aliud est Deus iustificans , & aliud opus Dei iustificatio.

Non uno loco præ se fert confessio Osiandri , se id agere & præcavere, ne diuinæ naturæ adimantur , quæ ad eam proprie pertinent , & attribuantur humnæ naturæ. Item, ne distrahantur naturæ unitæ in una persona, ac propteræ defendere suam sententiam, quod Diuina natura in Christo sit iustitia nostra. Scribit se certum esse , probari scripturis non posse, humanitatē remota diuinitate esse iustitiam nostram , cum dicitur , Christus est iustitia nostra, negat inde consequi , quod sola eius humanitas & non diuinitas eius iustitia sit nostra. In simulat aduersarios suos distrahi personam Christi, inquiens. Satanas in iustificatione personam Christi nobis distraxit, irelinquit nobis solam humanitatem , diuinitatem tollit. Aliquanto post confitetur , nec humanitatem a diuinitate, nec diuinitatem ab humanitate esse diuellendam . Huc spectat prolixa illa tractatio Osiandri de communicatione idiomatum & proprietate utriusq; naturæ Christi. Verum dum cauet, ne quid remota diuinitate detur humnæ naturæ Christi , illud etiam prouidere oportet , ne quid remota humanitate Christi in causa iustificationis detur diuinitati, & ne sanctissimæ passioni eius derrahatur. Negat quidem se humanam naturam separare & excludere, quando docet , quod diuina natura in Christo sit uita & iustitia nostra , & tamen obedientiæ & passione eius adimit iustificationem, et tantum alteri naturæ in Christo eam tribuit, ac tandem concludit, Christum Iesum, uerum Deum & hominem secundum Deitatem suam tantum esse nostram iustitiam, quam affirmat per sanctam eius humanitatem in nos peruenire. E 3 Ni-

Nihil autem est periculi , ne recte instituti ex sacris litteris , & fidem Catholicam tenentes aliquid adscribant humanæ naturæ, operibus & passionibus Christi , & detrahant diuinitati , neue gloriam Dei imminuant , præuenit periculo orthodoxa fides, quæ confitetur Christum Iesum redemtionis, iustitiae & salutis nostræ authorem uerum esse Deum & hominem. Quoties mentionem facit de ipsis, quæ Christi sunt, & Christo accepto refert, non loquitur de sola humanitate, non de obedientia, morte & meritis eius, qui tantum sit homo, & non idem sit Deus. Cum agit de Christi meritis & beneficijs , tum agit de beneficijs Christi hominis & Filii Dei. Cum tribuit Christo redemptionem, reconciliationem , iustificationem, salutem & uitam æternam, tribuit ea Christo homini & Deo secundum utramque naturam. Quod si obijicitur ei hæreleos & blasphemiae crimini , eo quod hominem Christum confitetur esse redemptorem , reconciliatorem iustitiam & uitam suam, crimen facile repellit per hoc , quod eundem uerum DEVM esse confitetur.

Recte quidem distinguuntur naturæ in Christo, quæ misceri non debent, quandoquidem Deus & homo unus sit Christus non confusione substantiæ, sed unitate personæ, recte cuique naturæ sua propria tribuuntur, cum unaquæque pet se consideratur. Id tamen ita faciendum est, ne beneficia Christi in redemptione & iustificatione diuellantur, ne dicamus eum secundum alteram naturam redimere , iustificare & saluare, ut alteri hæc adimantur. Non solet scriptura illa separare, non sic loquitur: Christus est redemptio, propiciatio, iustitia, uita, salus, secundum diuinam natu- ram, non secundum humanam, neque diuerso. Sed hoc modo loquitur de tota persona Christi & eius beneficijs. Filius hominis habet potestatem remittendi peccata &c. Filius hominis uenit saluum facere, quod perierat, Deus acquisi-

acquisiuit Ecclesiam sanguine suo. Dominum gloriae eru-
cifixerunt: Christo homini data est potestas in cælo & in ter-
ra: Christum hominem Deus constituit principem super
opera manuum suarum: Christus crucifixus factus est no-
bis a Deo iustitia: Humiliatum usq; ad mortem crucis,
Deus extulit in summam sublimitatem. & dedit illi nomen
quod est super omne nomen. Simile est illud Hier: cap. 23.
Germen iustum Davidis nocabitur Deus iustitia nostra.

Citat hunc Iocum Osiander, & inde concludit,
Christum tanquam uerum Deum diuina essentia sua cre-
dentiū iustitiam esse, argumentatur a nomine Iehoua:
Hoc, inquit, nomē soli diuinæ naturæ competit, & non tri-
buitur humanæ naturæ Christi, sed tantum diuinæ eius
naturæ. Atqui Hieremij locus minime id probat, quod
ille inde concludit, sed hoc confirmat, Christum salua-
rem nostrum uerum hominem & Deum esse. Ideo enim
scriptura Christo tribuit nomina & opera Dei, ut doceat,
quod Christus sit Deus & homo, humanam Christi natu-
ram indicat Ieremias prædicens, Christum nasciturum ex
semine Dauidis, proinde uocat germen Davidi fuscitan-
dum. Diuinam naturam indicat, dum Filio Dauidis tribu-
it nomen Dei, ac uaticinatur futurum, ut hoc prædicet &
confiteatur Ecclesia, germen Dauidis Iesum Christum ue-
rum esse Deum, & hoc germen, qui est uerus Deus, esse iusti-
tiam nostram. Ieremias de Iehoua incarnato loquitur,
non de essentia diuina remotis Christi humanitate, obedi-
entia & morte Ita D. Lutherus scripsit, uerbum habitans in
carne esse uitam nostram, non hominem Christum, nec e-
ius passionem segregat, sed coniungit affirmans, uerbum
incarnatum esse uitam nostram, id quod & Euangelium
Ioannis habet diceens, Verbum caro factum est. De uerbo
incarnato concedimus recte dici, quæ ad solam essentiam
diuinam trahit Osiandri confessio. Christus ut est uita, ita
est ius-

est iustitia nostra, Dei uerbum iustificat, idem & iustificat,
Christus Deus & homo est uita nostra, ita Deus & homo
est nostra iustitia, Verbum incarnatum uiuificat, uerbum
incarnatum etiam iustificat.

Tutissimum est in hoc alijsq[ue] mysterijs fidei sequi u-
sitatum sermonem Spiritus sancti, sensus & uerba nostra
scripturæ sacræ conformare, non alia uia patet expeditior
ad conseruandam concordiam & tollendas dissensiones,
quam si cogitata & dicta nostra reuocemus ad scripturam,
& formam sanorum uerborum, ut Paulus præcipit, retine-
amus, deinde, ut recte iuxta sensum scripturæ ab alijs scri-
pta uel dicta dextre accipiamus.

Carpit confessio Osiandri Germanicam uersionem
D. Lutheri, quæ legit pro iustitia Dei, iustitiam quæ co-
ram Deo ualet, ualde urget, fidei iustitiam Dei iustitiam
dici propter essentiali iustitiam inhabitantem, quæ sit
iustitia nostra: Explicabimus igitur hoc loco, quo sensu fi-
dei iustitia Dei iustitia nuncupetur.

Dei appellatio innuit Dei promissionem, Deus pro-
misit iustitiam, hoc est, remissionem peccatorum in Chri-
sto Iesu, ideo dicitur Dei iustitia. Testata est enim a lege
& Prophetis, Deus patefacit & reuelat iustitiam fidei spiri-
tu sancto suo per Euangelium. Esa: 56. prope est salus mea,
ut ueniat, & iustitia mea, ut reueletur. Rom. 1. Iusticia Dei
reuelatur in Euangeliō ex fide in fidem, sicut scriptum est,
iustus ex fide sua uiuet. Rom. 3. Nunc sine lege iustitia Dei
manifestata est. Hinc Euangeliū prædicans nobis remis-
sionem peccatorum, dicitur uerbum & ministerium iusti-
tiæ. Esa, 45. Verbum iustitiæ egreditur ex ore meo. 2.
Cor: 3. Paulus Euangeliū uocat ministerium iustitiæ.
Item appellatio Dei indicat causam efficientem, authorem
& datorem iustitiæ Deum. Rom: 4. Deus imputat cre-
dentiibus iustitiam Christi, & peccata remittit propter
Chri-

Christum Rom. 8. Deus est, qui iustificat, Iusticia in fide ex Deo est, Philip. 3. Ad hæc iustitia Dei dicitur, quoniam Christus Deus & homo uenit eam prædicare a Patre mis-
sus, eamq; promeruit sua obedientia & passione, & in illius nomine datur, Psal. 40. Euangelizaui iustitiam tuam in Ecclesia magna Psal. 70. Tuam solius iustitiam prædica-
bo. Esai. 45. In Domino est mihi iustitia, Hier. 23. Ger-
men Dauidis iustum uocabitur Deus iustitia nostra, 1. Co-
6. Iustificati estis in nomine Domini Iesu Christi, & in spi-
ritu Dei nostri. Postremo Christi iustitia, uocatur iustitia
Dei, quia placet & accepta est Deo, quia ualet & consistit
coram Deo.

In Paulo iustitia Dei opponitur contra iustitiam o-
perum legis, & quamcunq; iustitiam hominum, non op-
ponitur contra iustitiam Christi, quæ in eius obedientia &
passione consistit, quæ non est humana, qualis est immun-
da iustitia hominum) sed uere diuina. Rom. 10. Suam
constituentes iustitiam, quæ ex lege est, iustitiae Dei non
sunt subditi. Philip. 3. Ut non inueniar habere iustitiam,
quæ ex lege est &c. Hac ratione, fidei iustitiam, scriptura
uocat iustitiam æternam, & quæ in æternum manet, con-
tra humanam iustitiam, quæ temporaria est, & ut flos agri
perit. Daniel. 9. Adducetur iustitia sempiterna. Esa. 5. Mea iustitia manet in æternum, & salus mea manet per-
petuo, hac ratione per collationem posset appellari essenti-
alis, nisi nouitas uocabuli effet uitanda, propter erroris pe-
riculum, & potius dicenda uera & æterna iustitia, DEI
iustitia.

D. Lutherus scribit se ob hanc causam iustitiam, quæ
ex fide est, nuncupasse essentialē & æternam iustitiam,
quod perpetuo maneat. Ad Antithesin D. Lutherus respex-
it, quæ opponit iustitiae legis iustitiam fidei, eamq; expres-
sit, cum uertit Dei iustitiam, quæ coram Deo ualet, ut ex-
cluderet

cluderet humanas iustitias operum. Neq; uero solummodo inuersione sua sententiam Pauli, sed etiam uerba scripturæ imitatus est. Nam ad hanc formam locutus est Lucas cap. 1. Ut seruiamus Deo in sanctitate & iustitia coram ipso. Et Ephe. 1. Sic nos iustificari docet, quod Deus nos acceptat & charos habet in Christo. Ait enim, prædestinavit nos Deus in laudem gloriosæ gratiæ suæ, in qua nos fecit acceptos per dilectum.

Obseruentur in citatis testimonij emphaticæ & insignes formulæ sermonis. Iustitia fidei dicitur esse in Domino. Esa. 45. Ex Deo Philip. 3. Iustitia apud Deum. Esa. 54. Paulus in nomine Christi scribit nos iustificari, complectens merita obedientiæ & passionis Christi, quo modo CHRISTus dixit, prædicari remissionem peccatorum in nomine suo.

Nusquam scriptura uocat essentialē iustitiam, ne in Ieremia quidem, cum dicit, Vocabitur Deus iustitia nostra. Nam præmittit de germe iusto excitando Dauidi. Quare his, alijsq; usitatis locutionibus scripturæ contenti, pareamus spiritui sancto, qui præcipit per Paulum deuitare λογομαχίας, κενοφωνίας, & disputationes falso sic nominata scientiæ, quam quidam profitentes a fide aberrarunt. 1. Th. 6. & 2. Th. 2. Noli contendere uerbis, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium.

DE EXTERNO ET INTERno uerbo.

DE iustificatione nostram sententiam diximus, nunc dicemus de externo & interno uerbo, & fide, quam D. Osiander ait, Christum essentialiter adducere & concludere in corda credentium.

De hoc discrimine uerbi Dei & fidei inuiti disserimus, quod fortasse satius esset, id silentio præterire, quam occasi-

Occasionem præbere contentiosis ad noua certamina, Sed quia imaginatione de externo & interno uerbo & fide aduehente & detinente Christum conclusum iu cordibus credentium, adseritur dogma de essentiali iustitia Dei, qua Osiander nos coram Deo iustos fieri contendit, necesse est, ut quid de hac distinctione uerbi & fidei sentiendum sit, attingatur, quia ea est præcipuum fundamentum imaginationis de iustitia Dei essentiali, qua distractis naturis in Christo, id impie tribuitur, quod personæ Christi, hoc est, Deo & homini coniunctim tribuendum fuit.

Dupliciter Osiander diuidit uerbum Dei, in doctrinam pœnitentiae & Euangeli, Rursus Euangeliū partitur in externum & internum DEI uerbum, internum uerbum Dei rursus bifariam diuidit, In id quod in uerbo externo est inculsum, & in esse[n]tiale Dei uerbum, Externum definit, quod sit sermo, qui in ore nostro incipit, & per aera fertur ad aures audientium, & iterum evanescit. Item quod sit uox & sermo euanescens in aera, & statim finem suum habet, in quo tamen comprehensum, inuolutum & absconditum sit uerbum internum, quod dicit esse in hominibus, quicquid sciunt & cogitant, etiam tacentes, seu esse internam & latenter notitiam & cognitionem, quæ uerbo externo aduehitur in corda auditorum.

Internum uerbum in Deo dicit esse uiuum & æternum Dei uerbum, Iesum Christum Dei filium incarnatum & ipsam diuinam essentiam. Huic uerbo per fidem habitanti in nobis tribuit iustitiam, & uirtutem hominem in peccatis mortuum uiuificandi, mutandi, innouandi & iustificandi, hoc est, iustum faciendi, dicit æternum & uiuum Dei uerbum, quod ipse Deus est, per externum uerbum in corda nostra adduci, ut per fidem in eis habitet, & nos uiuifecit ac iustificet, hoc est, ex iniustis iustos faciat. Quia doctrina Euangeli ministerio siue uocali Dei uerbo, quod

ore sonatur, adimit iustificandi & saluandi uirtutem, eamq[ue] tribuit interno uerbo inhabitati in nobis, Euangeliū quod sonant ac prædicant Oeconomi Dei, comparat uehiculo, quo internum uerbum peruehatur in credentium corda, & in eis includatur ac custodiatur, ut eos uiuiscet & iustificet.

Quid tribuendum sit huic partitioni & definitioni Euangeliū Dei, breuiter nunc a nobis attingetur, doctioribus locus cedetur de hac materia copiosius differendi.

Nobis (ut ingenue dicamus nostram sententiam) nec hæc partitio, nec definitio Euangeliū probatur, quod ignota sit scripturæ, contineat nouam & inusitatam loquendi formulam, qua Euangeliū ministerio & uocali Dei uerbo sua uirtus, gloria & laus detrahitur, & animi a reuelato & certissimo Dei uerbo ad dubias imaginationes ac speculationes abducuntur, conscientiæ fluctuantes in perpetua dubitatione detinentur, & scripturæ notitia offusa caligine obruitur non explicatur.

Totius Ecclesiæ consensu uerbum Dei hactenus distributum est in legem & Euangeliū. Hanc simplicem diuisionem in Ecclesia retinere & defendere conuenit, quod utilis est ad explicationem scripturæ & est nuda, aperta, & ad erudiendum rudes commodissima.

Hæc diuisio uerbi Dei, aliud esse externum aliud internum, hoc esse efficax in credentibus, & esse uirtutem Dei ad salutem omni credenti, Illud uero, quod Doctores in Ecclesia sonat, esse tantum uocem sonum ac sermonem in aere euanescentem est commentum, scripturæ & Ecclesiæ Christi ignotum. Scriptura de uno Euangilio loquitur & hoc definit, quod sit certus sermo & dignus, quem omnibus modis amplectamur, nempe quod Christus Iesus uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret. Et quod sit testimonium de Iesu Christo, qui dedit semetipsum præcium redemptionis pro omnibus, Cuius Euangeliū S: Paulus se

Ius se præconem & Apostolum prædicat. i. Tim: 1. Qui dicit Acto: 20. Euangelium annunciare, esse testificari de gratia Dei. Et Matt: 4. Mar: 1. Euangelium uocatur sermo regni Dei, & docere Euangelium, prædicare dæregno' Dei in Iesu Christo promisso. De hoc ipso Euangelio, ad quod se segregatum inquit S: Paulus, & quod Apostoli annunciarunt inter gentes in toto terrarum orbe, Apostolus dicit, quod sit Dei potentia ad salutem, non de alio quodam Euangelio interno, quod quale sit nescit scriptura, nisi id relatione intelligatur de uerbo Dei fide apprehenso.

Dominus in parabola de semine Luc: 8, concionatur, non de duplice, sed uno Dei uerbo, non de interno & externo, sed de uno prædicato & auditu uerbo Dei, quo redemptio, reconciliatio, uita, & salus in Iesu Christo mediatore nostro annunciatu. Licet uerbum Dei in alijs efficax dignos fructus producat, in alijs sit inefficax, nec ferat fructus, tamen idem uerbum est, quod iuxta uiam, inter spinas & in petram & bonam terram cadit: Quod uero illud, quod in bonam terram cadens fructum fert, aliud sine fructu est, id non accidit seminis culpa, nec inde est, quod aliud sit, quod inter spinas suffocatur, & aliud quod in bonam terram coniectum fructum fert. Sed hoc illorum culpa fit, qui id uel non suscipiunt, uel suscepimus non retinent. Prodest enim Euangelium tantum illis, qui illud audiunt, suscipiunt, custodiunt & credunt, Cæteris nihil prodest. Solis enim creditibus & Euangelio obedientibus auditus Euangelij ad salutem prodest Luc: 8. Rom: 10. & Ephe: 1. Speramus & uos in Christo, auditu uerbo ueritatis Euangelio salutis nestrae, in quo etiam, postquam credidistis, obsignati estis Spiritu promissionis sancto, qui est arrabo hæreditatis nostræ &c.

Christus & Apostolus non adimunt Euangelio annunciatu & prædicato suam uirtutem, non negant Euangelium

gelium, quod annunciatum, esse Dei potentiam ad salutem omni credenti, Sed docent incredulitate Euangeli virtutem excludi & impediri, ne fructum illum ferat, propter quem annunciatum. Euangelium salutem consequentibus Dei potentiam, & pereuntibus stultitiam esse, i. Cor. 1. Christumq; ipsum in Israel alijs esse ruinam, alijs resurrectionem, Luc. 2, non accidit inde, quod duplex sit Euangelium, aliud externum, aliud internum, hocq; solum sit Dei uirtus ad salutem, illud uero inanis sonitus, Vox & sermo in aere euanescentes, nec quod alias sit Christus, qui est resurrectionis alias, qui est ruina multorum in Israel. Discrimen sermonis Dei aut operantis aut non operantis in auditoribus non est ex uerbo Domini, sed ab auditoribus sumitur. Eiusq; causa est fides & incredulitas auditorum, id quod manifestum est ex interpretatione parabolæ, ubi dicit Christus, Diabolus uenit & rapit uerbum de corde eorum, ne credant &c. Nam ad tempus credunt, tempore tentationis recedunt.

Nisi liberet tenebris obscurare Euangeli lucem, usitato more scripturæ loqui conueniret, & credito Dei uerbo tribuere, quæ O siander interno tribuit, quod aliquando definit internam esse noticiam & cogitationem, aliquando Deum ipsum, uerbumq; Dei, carnem factum Iesum Christum in corda creditum fide adductum & conclusum. Quia definitionum uarietate ita confunditur doctrina de uirtute & officio uerbi Dei, ut non satis intelligatur, quid si bi uelit imaginatio de externo uerbo, nisi quod ista distinctione singatur, ut probetur, Deum habitantem in nobis, sua essentiali iustitia nostram iustitiam esse, imputatione fidei nos non esse iustos coram Deo, nec extra nos in Christo iustitiam nostram esse positam.

Quid autem prodest his obscurationibus ac perplexitatibus Ecclesiam turbare, & mysteria fidei de iustificatione

catione haſtenus ſimpliciſſime & reſte explanata inuoluere
& erroris dampnare.

Quod scriptura attribuit uerbo Dei, quod Deus reue-
lauit & annunciarī in Ecclesia iussit, id ei non eſt adimen-
dum eo prætextu, quod æternū ſeu uocale & prædicatum
Dei uerbum, quod ſerui Dei ad ſalutem Ecclefia annunci-
ant, ſit uox, ſon⁹ & ſermio, qui in aere euaneſcit. Hic loquen-
di modus non conſonat cum ſcriptura, quæ deſinit, uer-
bum Dei eſſe fermonem, qui ex ore Dei prodiſt, etiamſi ex
hominum ore progreditur, Matt: 4, quem Deus per Pro-
phetas, filium, & Apoſtolos patefecit, & hoc Dei uerbum
eſſe Dei uirtutem ad ſalutem ijs, qui obediunt ei, ac cre-
dunt, Incredulos uero nuſlum fructum ex hoc uerbo Dei
percipere, quod id non recipiunt fide, & uirtutem eius, qua
Deus in credentibus eſt efficax, incredulitate impediunt, ex
Euangelio & Apoſtolica doctrina clarissimum eſt. Sic de
Euangelio Dei fruſtificante uel non fruſtificante loquitur
ſcriptura, Quorū pertinet cum tanto ſcandalo & tam
graui diſipatione Ecclefia comminifci nouas diſtinctori-
nes ad ſtabiliendum dogma Ecclefia Dei haſten⁹ incogni-
tum de iuſtitia Dei eſſentiali in nobis habitante? Iuxta ſcri-
pturam ſimpliciſſime eſt docendum, uerbum Dei fide ſu-
ceptum efficere omnia, ad quæ datum & patefactum eſt,
& Dei conſilio emiſſum nunquam redire uacuum. Sine
fide Euangelium Dei inefficax eſſe, non accidit inde, quod
Euangelium in Ecclesia ſonatur, & eius ſonus in aere ſpar-
ſus euaneſcit, ſed quod uoce Dei & prædicato Euangelio
non habetur fides, illiq; non obeditur. Sic ſcriptura loqui-
tur de uerbo Dei, cum exponit cauſam, cur alijs fruſtra ſine
fructu, alijs cum fructu annuncietur. Spiritus sanctus u-
num dicit eſſe Christi Euangelium, quod eſt uirtus Dei ad
ſalutem omni credenti, non ait eſſe duo Euangelia, nec di-
ſabitur ad diſtinctionem externi & interni uerbi, quod qua-

le &

Le & quid sit, uix dici potest, nisi relatiue dicatur, quod sit
uox Dei seu prædicatum Dei uerbum, fide receptum, perq;
aures ad animum ac eorū intromissum, & in eo per fidem
retentum & custoditum.

Verbum Dei, quod uox humana sonat, siue in cor-
de fide receptum ferat fructum, siue incredulitate exclu-
sum, & non custoditum non adfert fructum, idem uerbum
est, eiusq; eadem uirtus est, licet eā non in omnibus exerat.

Externum seu uocale Dei uerbum, quod Prophetæ,
Apostoli, & ueri pestores, ac Doctores ex ore Domini sonat,
non uacuum sonum esse, Sed uerum Dei efficax uerbum,
quod res promissas uerissime iuxta ueritatem Dei secum
affert, nisi per incredulitatem impediatur, in confessio est,
quia scriptura testis est, per hoc uerbum Dei Spiritum san-
ctum donatum esse credentibus, eosq; seruatos esse, iuxta il-
lud, qui sermonem meum audit, & credit ei, habet uitam
æternam.

Scriptura simpliciter & absolute sermoni Dei tribu-
it Dei uirtutem, negat ullum Dei uerbum uacuum sermo-
nem, & euangelicem sonum esse, negat eius uirtutem alia
ratione impediri, quā auditorū contemptu & incredulita-
te. Sola fides & incredulitas facit inter sermonē Dei, quantū
attinet ad ei⁹ officium, distinctionem, quia pereuntibus in-
credulis sermo crucis est stultitia, j̄s uero, qui salutem con-
sequuntur, est sapientia & potentia Dei. 1. Cor. 1. Rom. 10.

Sicut sol sua natura idem est cæcis & uidentibus, nec
cæcitas in genere mutat solis naturam, non impedit eius lu-
men, non tollit eius uirtutem, sed suo uictio priuat se ipsi-
us usū ipsa cæcitas. Ut pluvia eandem uirtutem humectan-
di & irrigandi habet, cum uel in fertilem uel sterilem ter-
ram labitur, eiusq; uirtus tantum uictio terræ impeditur:
Ita omne DEI uerbum semper retinet suam ueritatem &
uirtutem, quod uero alicubi non explicat se sua luce & uir-

tute, id non fit diuini uerbi uicio, sed incredulorum hominum non recipientium & non custodientium Dei uerbum.

Apostolus dicens, Euangelium, quod annuntiatur Græcis, Barbaris, eruditis & rudib. uirtutem seu potentiam Dei esse ad salutem omni credenti, definit uerbum prædicatum, & docet, id Dei uirtutem esse ad salutem omni credenti: Hæc distinctio nobis in scriptura ostensa cum retinetur, conseruatur etiam scripturæ perspicuitas, quæ figura de externo & interno uerbo obruitur.

Verbi Dei potentia non est posita in discrimine personarum, quod id uel angelus, uel homo, uel græcus, uel barbarus sonet, sed quod sit Dei ueritas, cui non est impossibile omne uerbum, qui uult, & potest omnia illa præstare, quæ loquitur & promittit, & quod fide apprehendatur Dei uoluntas & omnipotentia coniuncta uerbo Dei, quod Prophetæ, Pastores, & Doctores ex ore Domini sonant. De hac ueritate DEI ait Christus, sermouus ueritas est Iohannis 17.

Quicquid Dominus reuelat ac docet in Ecclesia suo uerbo, id uerissime certissimeque præstat, nec Dei uox in Ecclesia sonans, est inanis, irritus, & euanscens sonus, etiam si sonus hominis proferentis Dei uerbum in aerem abeat & euanscat. Sed est Dei uerbum & ueritas, qua accenditur in animis credentium, ueritatis Dei lux, Euangeliū lumen illucescit, fides excitatur, & id ipsum offertur exhibeturque auditoribus credentibus, quod sonat uerbum Dei. Hinc externum Euangeliū mynisterium seu uerbum Dei, quod docetur & auditur in Ecclesia, in scripturis dicitur, uirtus Dei, ueritas Dei, administratio spiritus & iustitiae, Euangelium gloriae, uerbum ueritatis, salutis, uitæ. His encomijs non ornaretur externum seu Dei uocale ac fidei uerbum, quod prædicatur in Ecclesia, si tantum esset euanscens sermo, ac sonus, & uehiculum alterius alicuius interni uerbi,

G

quod

quod tantum esset uirtus DEI ad salutem omni credenti⁹

Per Euangelium , quod in Ecclesia sonatur & audi-
tur, Deus dat Spiritum sanctum, illuminat, regenerat, san-
ctificat, uiuificat, iustificat, saluat credentes in Iesu Christo
Domino. Ideo a suis effectibus Euangelium prædicatum,
noscatur uerbum lucis, spiritus, iustitiae, uite, salutis, &c. Li-
cet nec in syllabis, uocibus & sono uerbi Dei saluifica diui-
naq; uirtus sit , tamen in ipso Dei uerbo prædicato uere est,
& per id in Christo uere conferuntur & dispensantur in Ec-
clesia omnes diuitiæ promissæ salutis , & donantur cre-
dentibus, Spiritus sanctus, uita, iustitia, redemptio & salus,
ut iusti ac salui fiant, quotquot uerbo Dei credunt.

Hæc uirtus Dei posita est in Dei uoluntate reuelato-
uerbo, non in ipsis uerbi elementis, sicut rerum creatio in
Dei uerbo & uoluntate posita est, iuxta id , dixit & facta
sunt, mandauit & creata sunt: Ita saluifica uirtus salutis
posita est in Dei Euangelio. Certissime fit, quod Deus lo-
quitur, quia sic uult. Fiunt filij Dei credentes in Christum,
quia Deus hanc potestatem dedit credentibus, Ioannis 4.
Iusti fiunt imputatione fidei credentes in Christum , quia
Deo sic placet, & hanc uoluntatem uerbo suo reuelauit, &
reuelata uoluntas est uerbo coniuncta, per uerbum itaq;
Deus tanquam per suæ uoluntatis efficax organum non
solum ostendit, quid in Christo donet & operetur: Sed
etiam quid per uerbum & spiritum sanctum efficiat. Pra-
ter hoc uerbum Dei aliud internum non est confingen-
dum, quo uiuiscemur. Per hoc externum, uocale & prædi-
catum Dei uerbum in Christo iustificari & saluos fieri cre-
dentes Dominus aperte testatur, cum iubet Euangelium
prædicari omnibus gentibus, ut Euangelio credentes salvi-
fiant, & non credentes in morte maneant, & condemnati
pereant. Hoc ipsum etiam affirmatur Ioan: 5. Amen di-
co uobis, qui sermonem meum audit, & credit ei , qui me
misit,

misit, habet uitam æternam, in condemnationem non ueniet, sed transiuit e morte in uitam. Item ueniet hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei, & qui audient, uiuent. Hæc & similia scripturæ testimonia de uerbo externo, quod annunciat, & cuius auditu fides in nobis excitatur, intelligi, notius est ex scriptura, quam ut a quoquam in dubium uocari possit.

Certissimum uerissimumq; est per æternum Dei uerbum carnem factum Iesum Christum mediatorem nostrum, Deum & hominem, solummodo perditum genus humanum redimi, reconciliari, illuminari, uiuiscari, instaurari, regenerari, sanctificari, resuscitari, seruari, & omnia per ipsum effici, quæ ad uitam æternam & salutem perditæ hominis pertinent. Sicut enim in creatione rerum per hoc Dei uerbum æternum, quod uerus Deus est, omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil: Ita etiam in redemptione & iustificatione hominis lapsi omnia per ipsum fiunt & sine ipso nihil fit, ipseq; solus est omnium illorum, qui salui fiunt, propitiatio, reconciliatio, redemptio, potentia, sapientia, ueritas, lux, uita, iustificatio, pax & salus, &c. Inde tamen non consequitur, quod per annunciatum Dei uerbum fide apprehensum in Christo non accipiatur iustitia, uita, salus, atq; adeo omnia illa, quæ promissa sunt, & Dei uerbo afferuntur, Imo hoc potius consequitur, per annunciatum Dei uerbum omnia Christi merita & dona conferri, quod Christus in uerbo exhibeat & fide apprehendatur, & in Christo simul accipiatur, quicquid in ipso a cœlesti Patre est promissum. Pater propter fidem Christum donans cum uerbo, certe simul cum filio omnia donat. Rom: 8.

A Eternæ salutis beneficia dispensari & exhiberi per uocale Dei uerbum, seu per prædicationem Euangelij, notissimum est ex ipsa Ecclesiastica actione, hoc est, Euangelij

prædicatione, Sacramentorum dispensatione & manifestis testimonij scripturæ 1. Cor. 1. Sermo crucis, ijs quidem, qui pereunt, stulticia est, atq[ue] nobis, qui salutem consequimur, uirtus Dei est. Item postquam in sapientia Dei non cognovit mundus per sapientiam Deum, complacitum fuit Deo per stultam prædicationem saluos facere credentes.

Item ad Timotheum de uerbi ministerio Apostolus ait, Attende tibi ipsi & doctrinæ, persiste in his, nam id si feceris, te ipsum seruabis, & eos, qui te audierint.

Ad Romanos ait, se illustrate suum ministerium inter gentes, ut ad æmulandum prouocet carnem suam, & saluos reddat nonnullos ex eis.

Quid hic aliud docet Apostolus, quam quod Deus auditu uerbi sui & fide credentes seruet?

Huc etiam facit Apostoli responsum, quod dabat custodi carceris, qui interrogabat, quid faceret, ut saluus fieret, cui respondit, crede in Dominum Iesum, & saluus eris, tu, & domus tua. Et locuti sunt ei sermonem Dei, & omnibus, qui erant in domo eius, Acto. 13. Cur autem annunciant ei uerbum Domini? Certe nulla alia de causa, quam ut uerbum Dei reciperent, in annunciatum Christum crederent, & fide salui fierent.

Prædicationis Euangelij finis est, ut auditores credant, & salui fiant, & Deus sui uerbi uirtutem in eis explicet. Apostolus 1. Thess. 2. utrumq[ue] tribuit sermoni Dei, & quod Dominus per illum credentes saluos facit, & in credentibus agit, dicens, Iudei obsistunt nobis, ne loquamur gentibus, quo salui fiant, & addit, cum acciperetis sermonem a nobis, quo Deum discebatis, non accepistis sermonem hominum, sed sicut erat, uere sermonem Dei, qui & agit in uobis credentibus.

Apostolus Aperte refellit hanc imaginationem de externo uerbo, quod interni uerbi uehiculum sit, & inefficax sonus, ac sermo in aere euanescens.

Nam

Nam docet Dei sermonem, Dei uirtutem esse, ad salutem omni credenti, qua salvos facit credentes, & in eis per Spiritum sanctum efficaciter agit. Qui hanc uirtutem, dignitatem & gloriam annunciatu uerbo Dei detrahunt, Anabaptistis sacri ministerij Ecclesiastici contemptoribus fenestras latius aperiunt, & furiosum contemptum prædicationis Euangelicæ & sacrosancti ministerij stabiliunt.

Virtus uerbi Dei sonantis in Ecclesia est, ut credentes in Christo Iesu illuminet, redimat, reconciliet, uiuificeret, sanctificeret, iustificeret, Deo in nobis habitationem præparet, serueret. De hac uirtute prædicati uerbi Dei, Apostolus Rom: 1. loquitur, non de uiuo & æterno Dei uerbo, quod incarnatum est, nec de inuisibili, & æterna Dei essentia, Deoq; ipso, nec de æterno aliquo uerbo, quod externo inclusum adferri singitur, sed de ipso Euangelio, quod ministri Domini & mysteriorum Dei œconomi sonant & prædicant. Hoc Euangelium, hoc uerbum Dei, non aliud, est Dei uirtus ad salutem omni credenti. Hoc, inquam, uerbum est Dei organon, quo in Iesu Christo, mediatore, & liberatore nostro, res ad salutem promissæ dispensantur Ecclesiæ. Hoc uerbum est fidei illius obiectum, quæ ad iustitiam nobis imputatur, seu qua iustificamur apud Deum. Verbum internum per externum allatum, qui, dqualeq; sit, uix intelligitur, nisi dicatur quod sit animi persuasio uerbo prædicto in mentibus auditorum excitata, aut noua animi notitia, non essentia Dei iustificans.

Verbum Dei, quod minister Dei sonat, & auditores audiunt, recipiunt & credunt, non alia de causa est Dei uirtus, quam quod sit ipsa Dei ueritas, cum Dei uoluntate & omnipotentia coniuncta, quæ non potest non illa conferre, quæ Deus loquitur & promittit, & ideo dicit Paulus, fidem nostram esse in potentia Dei, 1. Petri 1. 1. Cor: 2. Quomodo autem Dei uerbum Dei potentia sit ad salu-

rem omni credenti, & animos purificet obediendo ueritati per spiritum sanctum, collatione scripturarum facile intelligi potest, humana cogitatione comprehendi non potest.

Sicut Dominus per suum uerbum credentes uisibiliter sanauit tempore suæ dispensationis: Ita etiam semper spirituali & inuisibili modo uere sanat, uiuiscitat, iustificat, sanctificat, redimit, & seruat credentes. Ut ostenderet, se sic hominem lapsum iu Christo uelle iustificare, restaurare & saluare, iussit Euangeliū prædicari omnibus gentibus, & ut Psalmus ait, misit uerbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de perditionibus suis. Hanc uirtutem uerbi Dei in uoluntate Dei & potentia sitam esse, non in inhabitacione essentialis iustitiae Dei diserte affirmatur centurionis sermone dicentis, Dic uerbum & sanabitur puer meus, nam & ego homo sum, sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, uade & uadit, & alteri, ueni & uenit, & seruo meo, fac hoc, & facit. Centurio clarissime assertit in hoc positā esse uirtutem uerbi Dei, quod De⁹ uelit & posuit præstare, quæ loquitur & promittit, ipsiusq; sermo indubitate ueritas fit, cui coniuncta est omnipotentia Dei.

Agit quidem in nobis Deus suo uerbo, sua præsencia, gratia, in habitacione, uirtute, spiritu, sed actionis huius uis a fide custodiente Dei uerbum pendet, sicut Christus affirmat dicens, illos solum referre fructum sermonis Dei, qui eum auditum in corde bono retinent, Luc: 8. Ab extero & uocali Dei uerbo, in quo Dei uoluntas expressa & diuinæ promissiones de Iesu Christo & regno eius comprehensæ offeruntur, non sunt animi abducendi ad nouas speculations de interno uerbo, de quibus scriptura nihil habet, & quibus homines incerti redduntur de promissionibus diuinis, quæ in ipso Dei uerbo patefacto & in literas gelato fide apprehenduntur, & quibus animi quam certissimi

fim redduntur de remissione peccatorum , & uita æterna ,
quæ certitudo distinctione ac definitione externi & inter-
ni uerbi obruitur , quia pro certo & indubitato Propheticō
& Apostolicō sermone , Ecclesiæ propria animi imagina-
tio & cogitatio obtruditur .

Etsi Deus est omnia in omnib⁹ , & omnia sunt ex illo ,
per illum & in illum , & per æternū , uiuum & omnipotens
Dei uerbum , seu filium Dei Iesum Christum Pater cœlestis
operetur omnia in iustificationis & redemptionis dispen-
satione , sineq; ipso hic nihil fiat , ipse sit nostra lux , uita ,
salus , redemptio , sanctificatio , iustitia , tamen uoci diuinæ
externoq; Dei uerbo non est sua uirtus adimenda , nec est
negandum , quod sit organon ac medium , per quod Deus
operator in credentibus , & disp̄sat iustificationis mysteria .

Quemadmodum in rebus creatis & naturalibus
actionibus , nec secundæ causæ tolli possunt , neq; negari
potest , quin in eis sit aliqua uis diuinitus indita , qua id effi-
ciunt , ad quod a Deo conditæ & ordinatae sunt : ita neq; in
fidei mysterijs & iustificationis negotio secundis caussis ,
ut pote Dei uerbo & sacramentis , spiritualis sua uirtus est
eripienda .

Vt Deus genus humanum per parentes naturali pro-
pagatione conseruat , uitam donat : Ita per Euangelium in
Christo filios & hæredes spiritualiter sibi gignit , Vt sine
parentum regeneratione humanum genus nullum esset ,
nec natura ipsa conseruaretur : ita neq; sine uerbi Dei præ-
dicatione , Deo gignerentur filij , quod Dei ordinatio & uo-
luntas sit , ex semine mortali ac corruptibili , homines ex
hominibus nasci naturaliter , & ex semine immortali per ser-
monem uiuentis Dei & in æternum manentis , spiritualiter
in Christo Dei gigni & renasci populum sanctum , & in æ-
ternum manentem , hoc est , per Euangelium cœlitus alla-
rum , & Ecclesiæ patefactum , de qua generatione Iacobi ,
dicitur

dicitur, Deum destinata uoluntate progenuisse nos sermone ueritatis , ut essemus quædam primitiæ suarum creaturarum.

Fidei iustificantis obiectum est reuelatum Dei Euangelium de Iesu Christo mediatore ac liberatore nostro, quod in Ecclesia sonat, in hoc uerbo fides , notitia assensu & fiducia , Christum cum sua iustitia & meritis apprehendit, apprehendendoq; eum in promissione iustificat & seruat credentes,iuxta illud,qui crediderit,salus erit, qui non crediderit, iam condemnatus est. Falso itaq; prædicatio uerbi Dei comparatur inani uoci & euanescenti sermoni.

Hæc de uerbo externo & interno , nunc de fide iustificantे,quam Osiander definit, quod sit fides , quæ Christum adducit,& includit in nostra corda , ut ibi sua iustitia essentiali habitet,& nos iustificet, id est, ex iniustis iustos, ex malis bonos faciat , & sic nos coram Deo iustos sicut sua iustitia in nobis habitante & agente.

Nemo fidelium dubitat,credentes in Christum,fide fieri Dei habitationem , & Deum habitantem in cordibus credentium sua gratia, spiritu & essentia uere præsentem esse, operari & iustificare in peccatis mortuos , sanctificare prophanos, mundare peccatis pollutos , iniustos facere iustos, ut iustitiae fructus producant , ueterem hominem renouare,instituare,& ea restituere renatis , quæ in Adamo amissa sunt,hoc non controuertitur,sed illud,an iusti simus apud Deum,fide apprehendente Christum in promissione seu Euangeliō Dei , uel an ista fide iusti simus , quæ Christum adducit & concludit in corda nostra , ut essentiali sua iustitia nos inhabitando,sit nostra iustitia , nosq; hac iustificet , & coram Deo a sententia damnationis absoluat,& an Christus tantum inhabitando, ut Osiander dicit, non etiam nascendo , satisfaciendo , redimendo , reconciliando , patiendo,moriendo, ad inferos descendendo , resurgendo , & ad

& ad dexteram Dei in cœlestibus sedendo ; iustificet nos.

Quid imaginationi de iustificatione , quam Osiander dicit effici essentialis iustitiae Dei inhabitacione & fide adducente & includente cœlestem Patrem filium Dei incarnatum , & spiritum sanctum in corda credentium , tribamus , antea dictum est , & infra copiosius dicetur . Nunc de fide iustificante dicemus , & tractabimus hanc quæstionem , qua fide iustificemur .

Nos fide in Christum iustificari notius est e scriptura quam ut in dubium vocari possit . Osiander autem disputabile reddit , qua fide iustificemur . An ea , qua Iesum Christum in promissione apprehendimus , & fiducia ab eo cognito pendemus , an uero ista , quæ Iesum Christum in corda nostra essentialiter producit , includit , & diuinam es- sentiam in nobis habitare facit , prioris quæstionis assertio- nem damnat , secundæ , ut confirmet , negat solam fidem in Christum iustificare , singitq; fidem sinechdochicw accipi pro Christo fide appreheenso , & in corda credentium con-cluso , & scripturæ sententiam esse in illis locis , ubi de iusti- ficatione fidei loquimur , nos fide iustificari , id est , nos ex iniustis iustos reddi per Christum inhabitantem per fidem in nobis sua essentiali iustitia . Sed hanc iustificantis fidei descriptionem falsam esse , exemplo fidei , qua Abrahamus iustificatus est , cuius exemplo omnes iustificantur , aperte in epistola ad Rom: ostenditur . Apostolus enim ait , Abra- hamum esse iustificatum imputatione illius fidei , qua pro- missio Dei credidit . Ro. 4. Ergo iustificantis fidei fun- damentum & obiectum est Dei promissio , non essentialis iustitiae Dei promissio , non essentialis iustitiae Dei inhabi- tatio . Apostolus Rom. 10. Euangelium ab Apostolis prædicatum uocat uerbum fidei , & iustitiam ex fide appellat eam iustitiam , quæ per fidei imputationem contingit ijs , qui Euangelio credunt , fidem iustificantem alligat ad uer-
rum ac

bum ac sermonem Dei enunciatum de Christo crucifixo
& resuscitato, scriptura sacra fidei, tanquam causæ ac organo,
tribuit iustitiam, qua iusti coram Deo sumus & absoluimur.
Iustitiam uero, quam uocant formalem, hoc est, in-
nouatiouem, regenerationem, a peccatis uiuificationem &
iustificationem, qua ex homine iniusto iustus fit, fidei, tan-
quam fructum & effectum, attribuit. Nunquam probabi-
tur alterius fidei imputatione nos esse iustos coram Deo,
quam illius, qua Euangeliō & promissioni Dei creditur.

Hoc apud nos absq; controversia certissimum est,
nos fide fieri Dei mansionem, & cum sermo sit de iustifi-
cationis effectib⁹ & iusticia noui hominis, ultro concedim⁹
Deum habitantem, ambulantem & agentem in credenti-
bus Christo fide iustis, incorporatis, per iuncturas submi-
nistrationis compactis, tanquā in sua domo & templo sua
gratia, spiritu, uirtute diuina efficacem esse, operari, & ut A-
postolus ait, credentes impleri in omnem plenitudinem
Dei iuxta uim agentem in nobis &c. Item Christum per
fidem habitare in nobis.

Iustificationis fructum & iustitiam renati hominis,
quæ coniuncta est cum remissione peccatorum, uiuificati-
one & sanctificatione, docemus a nobis exigi & per fidem
uirtute meritorum Christi, & spiritus sancti gratia effici in
nobis, ueterem hominem exui & indui nouum ad imagi-
nem Dei conditum in iustitia & ueritate, quam iustitiam
Paulus ad Philip: dicit, contingere per Iesum Christum ad
gloriam & laudem Dei. Item, hanc iustitiam Dei fide in
omnibus credentibus excitari, & in interno homine uires
suas exerere, seq; explicare suis fructibus in omni officio-
rum genere, a p̄js nunquam uocatum est in dubium: Sed
hæc iustitia cum sit tantum inchoata, & semper imperfecta
maneat, negamus nos ea iustos esse coram Deo, & quod
possit liberare a iusta Dei ira, peccato, morte, inferno, nec
absol-

absoluere a sententia damnationis , de qua iustitia nos coram Deo absoluente proprio loquitur, cum de iustificatione fidei uerba fiunt , non de fructu seu effectu iustificationis fidei, qui non raro iustitia appellatur in scripturis.

Notissimum est, iustitiam, qua per fidem iusti, boni & probi reddimur, credentibus contingere per uirtutem Christi & Spiritus sancti inhabitantis & in nobis agentis, &, ut dictum est antea, de hac doctrina nunquam ab ullo christiano homine structa est controuersia. Hoc autem controuertitur, an propter fructum & effectum iustificationis, hoc est, propter iustitiam seu nouitatem renati hominis, uel absolute propter Deum inhabitantem, essentialēq; eius iustitiam iusti reputemur, & absoluamur coram Deo a iusta sententia condemnationis, & an fides iustificet, quod Christum nostram iustitiam in corda nostra peruehat, aducat & concludat, uel an potius iustificet, quod Euangeliō obediendo in promissione Dei Christum cum suis meritis & donis apprehendat, & assentiendo Euangelio se ei- us fiducia contra iustum Dei iram, Diaboli tyrrnidem, peccatum, mortem, & infernum sustentet & consoletur.

Hac sententia probata, nos iustos reputari ea fide, qua in Christum credimus, & eū in promissione Dei fide apprehendimus, refutata ast opinio Osiandri de iustitia Christi essentiali inhabitante in nobis. Nos fide Christi corā Deo iustificari, hoc est, nos remissionem peccatorū per fidem acceptare, & gratis propter Christum mediatorem ac redemptorem nostrum, iustos pronunciari, & absolui coram Deo propter fidem in Iesu CHRISTO, scripture clarius docet, quam ut fas sit, hoc in disputationem uocare.

De fide, quæ nitatur aliqua iustitia essentiali in nobis, & quæ opponatur Dei iudicio, scripture nihil habet, Imo dicens, quod nullus uiuens in iudicio Dei iustificabitur, indicat, nullam dignitatem ac nouitatem esse in illis homi-

nibus etiam sanctis, quæ contra Dei iustam condemnati-
onis sententiam uere possit opponi. Etsi fides ipsum Chri-
stum cum sua iustitia opponat iudicio Dei, tanquam tutis-
simum & firmissimum clipeum salutis, & homines se ea
uere tueantur & consolentur contra peccati, mortis & in-
fernali terrores: Tamen ea iustitia Christi non est illa, quam
in nobis habitans & agens operatur, quæ iustitia iustificati-
onis fidei effectus & fructus non efficiens causa est, sed est
illa iustitia, quam Christus nobis sua satisfactione meruit,
& per uerbum & Sacra menta credentibus quotidie in Ec-
clesia distribuit, ipsaq; fide amplectitur & suscipit.

Ex scriptura docemus, hominem iustificari fide in
Christum, Iustitia enim Dei per fidem est in omnes & su-
per omnes, qui credunt. Deus iustificat eum, qui est ex fide
Iesu Christi, credenti in eū, qui iustificat impium, fides sua
reputatur ad iustitiam. Rom: 3. & 4. Nam fide appre-
hendimus Christum, qui est finis legis ad salutem omni
credenti. Apprehendere Christum non est apprehendere
essentialiē iustitiam Dei, siue diuinitatem siue trinitatem,
Credimus quidem unam essentiam diuinam, & fide catho-
lica confitemur sanctam Trinitatem in una indiuidea Di-
uinitate, uerum alia est fides, de Dei essentia & trinitate, &
alia fides iustificans, quæ tamen illam non excludit. Quid
sit fide apprehendere Christum, rectissime ex fidei definiti-
one intelligitur. Fidei obiectum est Euangeliū Iesu Chri-
sti, quod uerbū fidei dicitur, quia fidei iustitiam docet. Et
quia ex Euangeliō existit fides, qua iustificamur corā Deo,
hinc scriptura coniungit uerbū & fidem Ioan: 3. Credens
ei, qui misit me & audiens uerbum meū, habet uitam æter-
nam, Rom: 10. fides est ex auditu, auditus autem est per uer-
bum Dei. Esa: 53. Domine quis credit auditui nostro &c.
Quandoquidem igitur fides iustificans uenit ex Eu-
angeliō, & circa Dei uerbum uersatur, eoq; nitiur, fidei iu-
stifican-

stificantis modus cognoscitur ex uerbo Dei , Ut uerbum,
ita fides se habet,fidei ratio ex obiecti sui ratione cognosci-
tur,fides audit,accipit,seruat & custodit Dei uerbum, cre-
dim⁹ ea,quæ uerbo continentur & in eo proponuntur no-
bis. Credere Euangelio est cognoscere , assentiri & niti ijs,
quæ nobis annunciantur per Euangelium, fides est noticia
eorum,quæ prædicat Euangelium, & assensus & fiducia in
illis acquiescens. Ioan: 4. definitur fides , quod sit credere
sermoni Christi. Regulus credebat sermoni, quem dixerat
ei Iesus , Vade filius tuus uiuit. Ioan: 11. Christus promit-
tit uitam æternam credenti in ipsū , & quid sit credendum,
indicat , dicens ad Martham , Ego sum resurrectio & uita,
qui credit in me,etiam si mortuus fuerit,uiuet,& omnis,qui
uiuit & credit in me, non morietur in æternum, Interrogat
Martham, an huic promissioni credat: Illa respondet, utiq;
Domine,addit suæ fidei confessionē,quid credat,Ego cre-
do,quod tu es Christus filius Dei,qui in hunc mundum ue-
nisti. cap 20. Ioannis describitur fides , qua iustificati ui-
tam æternam consequimur,quod sit fides saluifica,ea,quæ
scripta sunt de Iesu Christo , credere. Sic enim concludit.
Hæc scripta sunt, ut credatis quod Iesus sit Christus filius
Dei, & credentes habeatis uitam æternam per nomen eius.
Apprehendere ergo Christum est credere Euangelio Chri-
sti, hoc est, cognoscere quæ in Euangelio sunt nobis pate-
facta & promissa in Christo , cognitis assentiri & uera fidu-
cia ex his pendere. Cognoscendo & adsentiendo promissi-
onibus Euangeli⁹ Christum apprehendimus, eas seruan-
do & retinendo fide , habemus & retinemus in Christo iu-
stitiam, salutem & uitam æternam.

Euangelio nobis prædicantur , Christi humiliatio,
obedientia, passio, sanguis, crux, mors & resurrectio , me-
rita & beneficia eius,hoc est,reconciliatio , destructio mor-
tis,iustitia, remissio peccatorum, uita æterna. Hinc Aposto-

Ius Rom: 1. scribit Euangelium id esse, quod Deus promisit per Prophetas suos sanctos de filio suo Iesu Christo Dominu nostro, qui natus est ex semine Dauid &c. cap: 10. Rom: Euangelium uocat uerbum fidei, quod prædicarunt Apostoli, summam prædicationis Euangeliū mox addit, si confitearis Dominum Iesum, & corde tuo credideris, quod Deus eum a mortuis excitauit, saluus eris. cap 4. definit fidem & eius obiectum, hoc est doctrinam Euangeliū, quam in summa complectitur his uerbis. Nec scriptū est tantum propter ipsum, sed etiam propter nos, quibus imputat credentibus in eum, qui suscitauit Iesum a mortuis, qui tradidit est propter peccata nostra & surrexit propter iustificationem nostri: Prima Cor. 1. scribit Paulus, Deum saluos facere credentes per stultam prædicationem, Euangelium uocat prædicationem stultam, quia remissionem peccatorum salutem & uitam æternam promittit, in Christo crucifixo, prædicat, nos cruce & morte eius saluari, que doctrina a ratione & sapientissimis huius mundi stultissima iudicatur. Apprehenditur ergo Christus in sua humiliatiōne, in præsepi, in fascijs, in cruce, morte, resurrectione & ascensione, non in diuina essentia & maiestate sua, quamquam nihilominus Iesum crucifixum creditus natura filium esse Dei in essentia & maiestate diuina patri æqualem. In humiliatione, cruce, sanguine, morte eius consistit, prædicatur, promittitur & apprehenditur iustitia & uita æterna. Ut enim promissio requirit fidem, ita beneficia passionis & resurrectionis Christi accipiuntur fide. Promissio Euangeliū & fides relativae se habent, & inter se cohærent: ita offerre, dare, & accipere iustitiam, salutem & æternam uitam, relativae sibi mutuo respondent.

Vitam æternam accipi fide, Christus testatur Joan: 3. oportuit exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum, habeat uitam æternam, Paulus Gal: 3. scribit, Ex fide Iesu

Iesu Christi dari promissionem credentibus. 1. Tim: 6. Ap-
prehendi uitam æternam. Petrus act: 10. fide accipi remis-
sionem peccatorum docet. Accipere itaq; fide promissio-
nem Euangeliū est apprehendere Christum fide, non est ad-
duci in nos essentiam diuinam seu trinitatem, quæ in no-
bis habitet, quemadmodum in Christo.

Postquam autem fide apprehendimus Christum in
promissione Euangeliū, & accepimus promissam iustitiam,
remissionem peccatorum & salutem, tum simul dato spi-
ritu sancto, etiam sequitur innouatio ueteris hominis, item
noua obedientia & bona opera, quæ sunt fructus, iustitiae,
fidei, & ob id in scriptura dicuntur iustitia, & hæc iustifica-
tis etiam contingit beneficio Christi. Nam ut beneficia re-
demptionis & iustificationis promissa sunt in Christo, &
credentes ea fide consequuntur, ita etiam beneficio Christi
contingit credentibus innouatio, & nouæ obedientiæ iu-
stitia, quam operantur iam gratis iustificati.

Promissiones de innouatione hominis per Chri-
stum leguntur, Deut. 30. Circumcidet Dominus Deus tuus
cor tuum & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum
tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, Jeremiæ 31.
Et dabo eis cor unum, & uiam unam, ut timeant me uni-
uersis diebus & bene sit eis, & filijs eorum post eos, & faciam
cum eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefi-
ceceri, & timorem mei dabo in corda eorum, & non rece-
derent a me, & latabor super eis, cū eis benefecero, Ezech: 36.
Auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor
carneum, & spiritum meum ponam in medio uestri, & fa-
ciam, ut in præceptis meis ambuletis. Has & similes pro-
missiones Deus propter Christum non minus, quam alias
adimpleret.

Dat spiritum nouum in corda credentium, ut time-
ant & diligent Deum, & in studium pietatis incumbant,

Vetita-

Veritatem promissionis Dei innouantis suo spiritu fide Christo insitos commendat Paulus Ephe. 2. præmittit de gratuita iustificatione & salute, Gratis estis seruati per fidem, idque non ex uobis, Dei donum est, ne quis glorietur, Deinde addit de noua obedientia & studio bonorum operum. Dei poemam sumus conditi in Christo Iesu ad bona opera, quæ præparauit Deus, ut ambularemus in eis. ad Titum 2. Christus dedit semetipsum pro nobis, ut mundaret sibi populum peculiarem sectatorem bonorum operum. Huius obedientiae nouae inchoatam iustitiam oportet prudenter distinguere a iustitia fidei, quæ est remissio peccatorum, ne cum illa commisceatur.

Distinctæ sunt Dei promissiones & diuersa obiecta fidei iuxta diuersas promissiones, promittit Deus propter Christum gratis ex misericordia iustitiam & salutem, promittit innouationem interni hominis, qua redditur probus, integer, & sanctus in studijs & operibus suis, promittit præmia obedientiae & operum fidei, quæ præmia sunt bona corporalia & spiritualia. Distinctas Dei promissiones, fides accipit distincte, & iustitiam consistentem in Dei iudicio, & uitam æternam constituit in operibus, passionibus & meritis solius Christi, non in ulla hominum operibus & iustitijs, ne in ipsis quidem, quæ sequuntur fidem in iustificatis.

Sed de his prolixius dicendi locus proprius ordine sequitur in explicatione nostra de inhabitacione Dei in creditibus & de renouatione hominis.

DE EFFECTIBVS IUSTIFICATIONIS, & primum de inhabitacione Dei in iustificatis.

P Rudenter tradenda & integra conseruanda est doctrina iustificationis, ne quid detractum de gratia Dei, uigibus

elbus & operibus hominum deferatur, firmam vero consolationem minimeq; dubiam spem salutis conscientiae retineant, neq; solum opera, quæ præcedunt iustificationem, in non renatis, sed etiam quæ sequuntur, & in iustificatis Deus operatur, a iustificatione, qua coram Deo iusti sumus, & a sententia condénationis absoluimur, remouere oportet, ne quid his ascribatur, quod sola Christi gratia & merita sibi uendicant. Ratio non nouit aliam iustitiam, quam operum & propriarum uirtutum, gratiam Dei & fidei iustitiam ignorat, sapientissimi secundum rationem iustitiam operum consequantur.

Apostolorum tempore etsi multi conuersi ex Iudaismo ad Christi fidem statuerent se iustificari fide per illius gratiā, legis tamen obseruationem & præcipue circūcisio- nem necessariam esse ad salutem contendebant. Qui nostra ætate inter aduersarios nostros habentur cæteris meliores, gratiam Dei & fidei iustitiam admittunt quidem, opera tamen admiscent saltem ea, quæ faciunt iam iustificati. Lubrica admodum hæc est uia, nimis facilis & periculosus est lapsus ut a gratia ad opera homines deflectant. Per magna igitur opus est prudentia, ut doctrina fidei integrum & illæsam omni studio conseruemus.

Osiandri disputatio de iustificatione ita attempe- rata est, eamq; habet speciem, ac si operibus nihil prorsus, omnia gratiæ & meritis Christi deferat: In pronunciatis suis concedit fidem dici qualitatem, dummodo uicissim concedatur, non esse qualitatem naturalem seu Aristoteli- cam, sed supernaturalem a Deo in nobis excitatam. Obie- ctum fidei pronunciat esse Christum, non opera. In confes- sione H. Vlt: admonet iustitiam & opera seu fructus iusti- tiæ secernendos esse diligentissime. Crebro illud repetit, quod diuina natura sit nostra iustitia, quid hic dat operibus: qujs hic suspicetur aut metuat periculum subesse, ne iustitia

iustitia fidei cum iustitia operum commisceatur & tamen delabitur ad opera. Tractans de officio Christi mediatoris nostri, interponit nostram obedientiam. Mediatoris nostri officium hoc est, inquit ille, ut Deum nobis reconciliet, qui nos accipiat pro filiis suis, & nos iustificet, ut Deo obedientes & placentes in uera iustitia & sanctitate omnino comprehensibiles simus. In definitione iustitiae opera nostra commitit. Nam ita definit iustitiam. Hoc proprie dicitur iustitia, quod nos incitat ad iuste agendum, & sine quo nec iusti esse, nec iuste uiuere possumus, Iam manifestum est, quod nos diuina natura iustos facit, monet & incitat nos ad faciendum, quae iusta sunt.

Liber Augustanus ad iustitiam inherentem uiam sibi sternit, praemittens hanc definitionem. Iustificare est ex iniusto iustum facere. Tridentinum concilium Anathematice damnat definitionem, quod iustificare sit iustum pronunciare & remittere peccata. An non recta eodem tendit Osiandri confessio: statuit eandem definitionem, & negat iustificare id esse, quod est iustum pronunciare, & remittere peccata, alicubi se satis aperit, & non dissimulanter, sed satis expresse adserit iustitiam infusam, uerba eius B. 4. haec sunt. Deus nos uult iustificare per fidem in Christum, hoc est, iustos facere, siue iustitiam infundere. Huc plenis uelis fertur iustitia inhabitans, quam Christum esse secundum diuinam naturam persuadere conatur. Congerit multas sententias scripturæ, quæ loquuntur de Christo habitante in credentibus, hic prorsus rei ordo inuertitur, posteriori priore, prius posteriori loco ponitur, ex effectibus & donis coniunctis cum iustificatione facit causam efficientem & formalem, Christus in credentibus habitat, quia eius merita & iustitia imputantur, & uere re ipsa donantur eis omnia, quæ Christus suis meritis nobis obtinuit.

Osiander inuerso ordine scribit M. 3. omnia merita Christi

Christi, & iustitiam ei^o imputari & donari nobis, quia Christus habitat in nobis. Non habitat Christus in nobis, nisi cum iustitia eius nobis imputatur, & in nomine eius nobis remittuntur peccata. Ille scribit, iustitiam Christi imputari nobis, non tamen nisi cum in nobis est. Deus prius iustificat, & remittit peccata, iustificatos & mundatos a peccatis consecrat sibi in templum, Ille affirmat, prius Christum inhabitare, quam iustificantur homines. De iustificatis Paulus scribit, An nescitis, quod templum Dei estis? Item spiritus Dei inhabitat in uobis. De iustificatis inquit Christus, Ego & Pater meus ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciem^o. Nam præmittit de ipsis, qui diligunt Christum, & sermonem eius seruant, fide autem iusti diligunt Christum, & seruant eius sermonem. In his ergo Deus Pater, ac filius, & Spiritus sanctus, faciunt sibi habitationem.

Paulus scribens credentes esse templum Dei, Christi spiritum inhabitare in credentibus, non de modo & causa, sed effectibus iustificationis agit, admonet fide iam consecutos remissionem peccatorum de fructibus iustitiae, monet abstinere ab operibus, quæ excutiunt fidem, & polluunt templum Dei, r. cho. 6. & alijs locis docet credentibus dari spiritum sanctum operantem in eis, inferentem & excitantem studium pietatis & inculparæ uitæ. Docet spiritum sanctum efficacem esse in pijs, regere, gubernare, consolari, & defendere fide adhaerentes Christo.

Scriptura loquitur de præsentia, de efficacia, operazione & gubernatione Dei, quando in hoc sermone uersatur, quod Deus habitat in credentibus, frequenter in scripturis usurpatur hæc Metaphora, quæ ab hominibus sermonem, ut sit in multis alijs, transfert ad Deum, homines habent suam societatem, & cætus habet ciuitates & domos, in quibus cum ciuiibus & familia sua conuersantur, hinc scriptura sumit habitandi uerbum & ad Deum transfert, & significat

Dei præsentiam , familiaritatem & conuersationem cum hominibus, efficaciam & operationem eius in sanctis, commendatur nobis philanthropia Dei , & amor erga homines, ac incarnationis filij Dei mysterium innuitur. Deum habitare cum hominibus, est, eum se hominibus associare, præsentem esse, ac quasi patrem familias agere, prouidere, curare, respicere, iuuare, regere & defendere. Deus ubiq[ue] præsens est sua essentia , potentia & sapientia, gratia autem sua, fauore, benevolentia & defensione peculiariter præsens est suis electis.

Ibi Deus dicitur habitare, ubi adest sua gratia & benevolentia, ubi dat uerbum gratiæ suæ , & promissiones suas de misericordia sua & remissione peccatorum patefecit, ubi agit suo spiritu , ubi colitur , inuocatur & exaudit. Iacobus Dei domum & portam cœli ibi esse prædicabat, ubi audiebat Deum promittentem & consolantem. Ex propiciatorio promisit Deus se locuturum suo populo, & in sanctuario se habitaturum Exod:25. Paulus propitiatorium de Christo exponit Rom:5. Psalmus 132. habitacionem in Syon accommodat ad Ecclesiam, in qua Deus exhibet se præsentem & benignum: Dominus elegit Syon in habitationem, hæc requies mea in seculum, hic habitabo, quoniam eligi eam. Ioannes utitur habitandi uerbo scribens de conuersatione Christi inter homines: Verbum caro factum est , & habitauit in nobis. Quinetiam Deus in cœlis & in altis habitare dicitur, siquidem ibi præsentiam & potentiam & sapientiam suam imprimis declarat: In quo sermone, quid aliud intelligi datur, quam Dei operantis & gubernantis præsencia: Addantur his illæ locutiones in quibns dicitur, Deum habitare in medio populi sui, & habitare inter homines. Nu:25. Nolite polluere terram sanguine, in qua habitatis, in qua & ego habito. Ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israel. Quæ uerba quid

quid aliud notant, quam Deum præsentem adesse, conuer-
sari, præsidere: In Leuitico cap: 26. habitatio Dei refertur
ad præsentiam gratiæ eius: Sic dicit Dominus, habitabo
in eis & ero Deus eorum.

Apostolus etiam ad alia hoc uerbum transtulit &
usurpauit pro esse & manere. 2. Timo: 1. commendat fi-
dem auiae & matris Timothei, scribit in eis habitasse fidem
non fictam. Coloss: 3. admonet, ut uerbum inter fideles
habitetur copiose. Ex his fit manifestum, quo sensu accipien-
dum sit, cum in scriptura legitur, Christum seu spiritum
Christi habitare in credentibus. Constat habitationem
hanc significare præsentiam, gratiam, conuersationem, auxi-
lium & operationem Christi in iustificatis. Habitationem
eius pertinere ad efficaciam & operationem, elucescit ex
multis locis, quæ sine figura describunt efficaciam & opera-
tionem Christi, & Spiritus sancti habitantis in credentibus.
Rom: 8. qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei: Spiritus
adiuuat infirmitatem nostram: Spiritus reddit testimonium
spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Ad Galat: 3. Deus
misit spiritum filii sui in corda nostra, per quem clamamus
Abba Pater. Gal: 5. si Spiritu ducimini, non estis sub lege.
Ephes: 1. Signati estis Spiritu promissionis sancto. Philip: 2.
Deus est qui in nobis operatur. Colos: 1. Ad quod labore
certando secundum efficaciam eius qui operatur in me poten-
ter. Ephe: 3. Huius rei gratia flectendo genua mea ad Pa-
trem Domini nostri Iesu Christi, ut det nobis secundum
diuitias gloriæ suæ uirtute corroborari per spiritum suum
in interiorum hominem, ut Christus habitet in cordibus
uestris per fidem.

In his locis, Spiritum sanctum habitare in credenti-
bus, est eos duci spiritu Dei, adiuuari in infirmitate sua,
habere testimonium spiritus, quod sint filii Dei, per eum
clamare Abba Pater, signatos esse spiritu promissionis

santo, uirtute corroborari, per spiritum sanctum Deum
potenter in sanctis operari.

In actis Apostolorum cap:4. legimus, Petrum repletum fuisse spiritu sancto, & post Petrum & Iohannem, cum orassent Spiritu sancto esse repletos. Item cap:13. Discipuli replebantur gaudio & spiritu sancto. Atqui iam ante in die Pentecostes spiritu sancto fuerant repleti Apostoli, quod si ita fuisset eius datus Spiritus sanctus, ut tota diuina essentia in eis habitaret, quomodo constabit, quod Lucas commemorat, Apostolos esse repletos spiritu sancto, cum orassentes quomodo constabit, quod promittit Christus Spiritum sanctum petentibus eum: In fide petentes iam iusti sunt & Spiritum sanctum habent.

Astruit Osiander in disputatione sua, Deū ita habi-
tare in creditib⁹, ut in Christo habitat omnis plenitudo
diuinitatis corporaliter. Hoc si uerū sit, nihil posset addi ad
illam plenitudinem, nec peterent credentes repleri Spiritu
sancto. Nam quid peterent dari sibi, in quibus habitet es-
sentialiter tota diuinitas.

Deus Christum unxit oleo letitiae præ consortibus
suis. Non dedit illi spiritum ad mensuram, alijs ad mensu-
ram dat. Habet ille totam plenitudinem, sancti de eius
plenitudine accipiunt, &, ut accipient, quotidie petunt.
Ecclesiae igitur oratio testatur, non ita iustos esse, nec ita
Christum habitare in sanctis, ut diuina essentia, & omnis
plenitudo diuinitatis habitet in eis, quæ sit eorum iustitia.

Recte dicitur, Christus habitans in nobis est nostra
iustitia, sed hinc non sequitur, ergo diuina essentia est iusti-
tia nostra formalis. Non cohæret argumentum si sic, colli-
gamus, Christus operatur in nobis, ergo illa operatio est
nostra iustitia, qua coram Deo iusti pronunciamur, ita non
cohæret hæc argumentatio, Christus habitat in credenti-
bus, præsens est, regit & confirmat eos suo spiritu, ergo diuini-
tana.

na natura, non eius passio & obedientia, non remissio peccatorum, sunt iustitia nostra coram Deo.

Subiectum huius enunciati, Christus est iustitia nostra, exhibet nobis totum Christum, Deum & hominem, & complectitur utramq; naturam, diuinam & humanam, & quæcunq; Deus & homo operatus est. In prædicato Osiander progradientur tantum ad alteram naturam scilicet diuinam, cum hoc modo argumentatur, Vbi Christus est, ibi & diuina eius natura & essentia est, In credentibus est Christus, ergo ibi est eius essentia, sapientia, iustitia &c. Omittit naturam humanam, natuitatem, tentationes, crucem, sanguinem, uulnera, mortem, merita & beneficia passionis & resurrectionis, confitetur Christum fide apprehensum esse iustitiam nostram, fides uero apprehendit Christum Deum & hominem, apprehendit obedientiam, mortem, crucem & resurrectionem, apprehendit remissionem peccatorum & salutem promissam, in crucifijo & resuscitato a mortuis. Apprehendere Christum fide, est Osiandro diuinam eius essentiam apprehendere, Paulo, reliquis Prophetis & Apostolis, est apprehendere eius obedientiam, crucem, mortem, uictoriem, resurrectionem & beneficia promissa in Christo, intueri exaltatum in cruce, Ioan: 3. spem gratiæ & salutis in hoc constituere, quod factus est uictima pro peccatis nostris, iram Dei placauit, mortem destruxit.

Angelus remittebat pastores ad infantem positum in præsepi, Euangelium remittit nos ad filium Dei, natum ex Maria uirgine, oblatum in templo, gestatum in ulnis Simeonis, a diabolo tentatum, lachrimantem, pendentem in cruce, morientem & resurgentem a mortuis. Prophetæ & Apostoli commemorant nobis Christi natuitatem, paupertatem, probra, humiliationem, uulnera, crucem, mortem & resurrectionem, auocant nos a speculatione essentiæ & maiestatis Dei. Excedit diuina essentia nostri captus & animi

animi angustiam, descendit ad nos Dei filius, & humiliauit se formam serui adsumendo, & extrema pro nobis patiendo, ut in humilitate Deum apprehenderemus, & nostra solatia, gaudia, iustitiam & salutem ibi quæreremus. Non alio remisit D. Lutherus nos fidelis Christi p̄tēco, quam ad humiliatum, & post mortem exaltatum super omnia, quod eius scripta satis superq; testantur. Et ex illis ipsis sententijs, quas citat Confessio, liquido apparet & nihil inde aliud probari potest, quam D. Lutherum hoc sensisse, cum Christo omnia donari credentibus in Christum & fide iustificatis, unum corpus cum Christo esse, comunicare meritis & omnibus beneficijs Christi, dare eis spiritum sanctū, qui gubernet, confirmet, consoletur, in illis operetur, p̄st at sua luce & indubitata ac firma spe salutis obsignet.

Non potest autem scripturis probari, plenitudinem Deitatis corporaliter in nobis habitare, quemadmodum in Christo Iesu habitat: Inhabitatio Dei in nobis gratiæ est, non naturæ, donationis non proprietatis, communicatio- nis ac participationis, nō personalis unionis, ut est in Christo, qui uerus Deus & homo, unus est Christus & uerum caput Ecclesiæ, quod in suo corpore Ecclesia, spiritu, gratia, præsentia, uirtute, operatione, & meritorum donorumq; suorū subministracione & communicatiōne efficaciter agit.

Essentialis iustitia Dei, non essentiali modo in credentiū corda adducitur & includitur, ut fili⁹ Dei de spiritu sancto conceptus, & incarnatus essentialiter fide adductus est, & conclusus in utero virginis Mariæ, qua essentiali in clusione non est iustificata, sed fide in promissiones redempzione, mediatore & seruatore nostro. Inhabitatio Dei patris, filij & spiritus sancti, fide Christi uete contingit iustificatis, ut & aliæ diuinitatæ salutis in Christo promissæ fide accipiuntur, sed ea ratione & modo, quo in Euangelij hi storia ægroti sanitatem, mortui uitam, a Satana uexati li berati-

berationem, peccatores delictorum ueniam, cœci uisum,
& id genus alia beneficia fide accepisse leguntur. Hæc est
solida & certa doctrina scripturæ de apprehensione Chri-
sti, & de modo accipiendi iustitiam eius, & alia promissa
bona, ut superius latius dictum est.

De essentialiis iustitiae Dei advectione & inclusione
nihil docet scriptura, ideo ista disceptatio ociosis sophistis
relinquenda esset, ut isti sine perturbatione Ecclesiæ in suis Sy-
nagogis de ea digladiarentur. Nō conuenit, ut pī Ecclesiæ
doctores mysteria fidei argutij inuoluant & de essentiali
Dei in nobis habitatione, imputatione, essentialiis iustitiae
Dei, externo & interno uerbo, & similibus imaginationi-
bus inter se cum tam perniciose offendiculo certent, & Ec-
clesias schismatibus impleant. Subtiliores sunt diaboli astu-
tæ, quam ut absq; peculiari prudentia Spiritus sancti caue-
ri possint. Igitur orandus est Deus pater Domini nostri
Iesu Christi, ut per Spiritum sanctum nos regat, & doceat
uerbum ueritatis ορθωσομητ, Ecclesiam uera sanaq; uerbo-
rum Dei forma instruere, & omnia nostra dona & studia
pie & recte conferre ad glorificationem nominis Dei &
Ecclesiæ salutem.

DE REGENERATIONE ET RENO- uatione hominis.

VT hanc partem aliquanto accuratius tractemus, po-
stulat institutæ materiæ perficiendæ ordo, & id nobis
imponit iniusta reprehensio Osiandri, qui taxat Ec-
clesias, quæ iustitiam hominis non constituunt in inhabi-
tatione essentialiis iustitiae Dei, quod renouationem, quæ
fit in regeneratione, a iustificatione distrahit. Nostra Ec-
clesia hæc duo non seperant, sed coniungunt, ita tamen,
ne causa & effectus pro eadem re habeantur, neq; obedi-
tia noua & opera, pro causa collocentur in iustificationis

loco. Paulus ad Titum 3, coniungit utrumq; tanquam causā & effectū, si distinctis uocabulis duas distinctas res indicare uoluit, quarum altera regeneratione praecepsit, altera, quæ est renouatio, consequitur ordine, simul tamen cui illa inchoata, sin unā eandemq; rem duob; extulit uerbis, & in eodem significato accipiamus, tam renouari, quam regenerari, utrumq; omnino idem est, quod iustificari. Vocat enim Baptismum Iauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, Per Baptismum uero regenerari, seu nouum hominem nasci, quid aliud est, quam ablui & mundari a peccatis, & sic iustificari.

De Baptismi uirtute & beneficio scribit Apostolus 1, Chor. 6. Abluti estis, iustificati & sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Et Petrus 1, epist. cap: 3. Baptismo non sordes carnis deponuntur, sed bona conscientia, bene respondet apud Deum &c.

Recte ergo Theophilactus, nouus, inquit, ille homo est, qui recens baptismō sit ablutus. Sæpe Paulus antithesin facit ueteris & noui hominis, illum nunc carnalem, nunc carnem, nunc animalem hominem, hunc spiritualem, & nouam creaturam appellans. Duplici autem ratione uetus & nouus homo considerantur, Primum inter se opponuntur renatus & non renatus, expers fidei & regni Christi, & utriusq; consors, ac particeps, Vetus ille detinetur in sua iniustitia, in peccatis suis & morte. Peccator a fide alienus & iniustus, uere suo nomine censetur & dicitur uetus homo, Nouus iam, mundus a peccatis per fidem in Christum, habet iustitiam & uitam. Nam omnis, qui credit in Christū Iesum, iustificatur, & qui Christū habet fide, habet uitam, Fide iust⁹ & mundus per peccatorum remissionem, uere perhibetur esse nouus homo, fide Christi nouum hominem aestimat Paulus 2. Cho: 5. In Christo Iesu neq; circumcisio aliquid ualet, neq; præputium, sed noua creatura, eadem

eadem uerba præmittit ibidem cap: 5. sed ibi fidei , hic nouæ creaturæ mentionem facit, ibi fidem, hic creaturam nouam ualere scribit in Christo, ut declaret nouam creaturam esse hominem fide Christo adhaerentem , & per fidem nouam ex ueteri fieri creaturam. Fide in nomen Christi Apostolus Ioannes cap: 1. regenerationem definit, dedit potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomen ipsius, qui non ex sanguinibus neq; ex carne & uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Ad Ephes:4. Nouus homo definitur, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate. Cum ex his & similibus locis scripturæ iuxta hunc sensum agitur de regeneratione hominis, in quibus regenerari idem sit, quod renasci & iustificari, dilucide apparet, neq; opera nostra, neq; nouas qualitates regenerationi, tanquam causam efficientem admisceri oportere. Non regeneramur, neq; iustificamur nostris uiribus & operibus, sed Dei gratia & dono, patimur Deum agentem, iustificantem, remittentem peccata, donantem nobis merita sui filij pro nobis passi, & adoptantem nos in filios. Multo minus ipsis nos regeneramus, quam in naturali generatione ipsis nos formamus, & condimus. Dei est condere & creare nos, eiusdem est spiritualiter nos regenerare, creare & condere. Ioannes Deo adscribit spiritualem natuitatem, ait ex Deo nasci filios Dei, Christus dicit eos ex aqua & spiritu renasci &c. Beatus PETRVS adfirmat nos renasci ex incorruptibili semine, ad spem uiuam, Paulus nouam creaturam, seu nouum hominem scribit a Deo condi & creari. Hoc modo primum considerantur nouus & uetus homo opponendo inter se carnalem, alienum a fide Christi, nondum regeneratum siue uiuificantum, spirituali per fidem regenerato.

Secundo modo opponit Paulus ueterem, & nouum hominem in regeneratis, ibi tum intelligitur renouatio, de operatione Spiritus sancti in creditibus iam fide iustificatis

eatis. Non relinquit Deus, quos iustificat, & quibus remittit iniquitates suas propter Christum, quales reperit, ut non innouet, & non immutet eos, quanquam in eis concupiscentia, & multi defectus maneat, sed dat cor nouum, dat nouam lucem in mente, efficit nouam obedientiam in uoluntate, inserit & excitat nouos motus, consentientes legi Dei, ut ambulent in uoluntate uitæ, accedit dilectione Dei & proximi, refrenat & reprimit concupiscentiam & affectus carnis, ne dominantur &c.

Ita nouus dicitur homo, primum propter fidem, & iustitiam fidei, hoc est, propter remissionem peccatorum. Deinde nouus dicitur propter nouos fructus nouæ arboris, seu fructus iustitiae fidei, quæ per dilectionem operatur. Item propter nouam uitam & obedientiam, quæ sequitur fidei iustificationem, hinc Paulus scribit, sanctos iam adoptatos in filios Dei, conditos esse ad opera bona, quæ præparauit Deus, ut ambulet in eis. Itē Christū semetipsū tradidisse pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populū peculiarem æmulatorem bonoru operum.

Hæc autem renouatio inchoatur in baptismo, & conuersione hominis, & continuatur per omnem uitam, in Baptismo, & quoties homo conuertitur, & regeneratur, initium sumit innouatio interni hominis, perinde, ut ibi incipit ueteris hominis mortificatio. In tota autem uita habet suam progressionem, perficitur deum in resurrectione, Christus extendit innouationem usq; in alteram uitam, dicens Matt: 19. Amen dico uobis quod uos, qui me sequeritis, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, & uos sedebitis super sedes daodecum &c.

Credens in Christum, fide totus nouus est, & iustus per gratiam & remissionem peccatorum. Noua obedientia inchoata est & imperfecta. Non est enim sentiendum innouationem hominis in hac uita integrum perfici, & to-

tam naturam ita instaurari, ut perfectam obedientiam p̄fetet, quam lex Dei exigit, totanq; se Dei uoluntati conformet, & sua obedientia sit iustus, & innocens coram Deo, non est ista innouatio huius, sed alterius uitæ, incipit & proficit in hoc seculo, in altero perficitur, Quandiu inter homines uiuitur, nouitas illa est inchoata & imperfecta propter carnem, quantumcunq; sancti proficiant & perficiant in nouitate uitæ. Non enim ita fit renouatio, ut concupiscentia penitus aboleatur, natura tota integre in omnibus uiribns instauretur, & non sit peccatum, sed ita, ut refrenetur concupiscentia, & mala eius opera coercentur, ut non dominetur peccatum, ne ambulent p̄i secundum carnem, & desideria eius non perficiant, hinc Paulus in uno eodem q; homine ponit, nouum & ueterem hominem, & sancti iustos ac perfectos & irreprehensibiles, & idem se debitores, iniustos & peccatores confitentur, suorumq; delictorum ueniam supplices exposcunt. Quantum attinet ad gratiam Christi & remissionem peccatorum, quam consequuntur & retinent fide, perfecte sunt iusti, sancti, & irreprehensibiles. Nulla est condemnatio his, qui in Christo Iesu sunt &c. Vnde sancta creditur Ecclesia, quæ sit munda sine ruga & macula. Quatenus uero adhuc circumferunt uitiosam naturam, & in multis deficiunt, carne spiritui repugnante, eatenus reliquum est de ueteri homine, & eatenus ueteris hominis nomine sancti notantur, Quantum spiritu concupiscentia coercetur, & reprimuntur opera carnis, quantum incumbunt sancti in studium obedientiae & pietatis, quantum progrediuntur in iustitia & sanctitate, eatenus in eis agnoscitur nouus & intern⁹ homo, Quatenus caro resistit spiritui, ad inobedientiam sollicitat pietatis profectum remoratur, & bonas & sanctas actiones contaminat, & impedit, eatenus dicitur uetus & externus homo in regeneratis.

De hac continua innouatione, & de profectu in fide,
in cognitione Christi, & nouitate uitæ scribit Apostolus 2.
Chor: 3. Nos omnes reuelata facie gloriam Domini specu-
lantes in eandem imaginem transformamur a claritate in
claritatem, tanquam a Spiritu Domini, & cap: 4. scribit, pi-
os exerceri afflictionibus, ut externus homo renouetur. Etsi,
inquit, externus noster homo corrumpitur, tamen qui intus
est, renouatur de die in diem. Hæc de regeneratione, & re-
nouatione hominis, doctrina in emendatis Ecclesijs ubique,
quantum nos scimus, distincte & integre, ex Apostolorum
scriptis proponitur, ac diligenter urgetur. Quare immer-
to accusantur, quod remoueant a iustificatione, renouati-
onem interni hominis, & doceant a Deo iustos reputari &
iustos esse, qui pergunt in peccatis sine penitentia, & omni-
ni iniquitate se contaminant. Scelerate abutuntur doctri-
na gratiæ, si qui ita sinistre accipiunt, & licentiæ peccandi
frena laxant, id quod & Apostolis accidit, & obiectum est
ab ijs, qui hominum maliciam inculpatæ doctrinæ im-
putabant.

FINIS IUSTIFICATIONIS, AETERNA
beatitudo & gloria.

Ecclæsia postremo loco in symbolo uitam se credere
æternam profitetur. Ut enim stipendum peccati mors
est, ita finis iustitiae, quæ per Iesum Christum contin-
git, est uita æterna. Ideo sumus redempti, ideo credimus in
Christum, donatur nobis iustitia, peccata remittuntur no-
bis, ut uita æterna perfruamur, & Deum glorificemus, lau-
demus, & celebremus. Per peccatum amissimus beatitudi-
nem, & uitam plenam Dei fruitione & gaudio, amissa bea-
titudo cumulate per Christum redemptorem nostrum re-
stituitur. Acto: 3. Scriptura plerunque uno uerbo compre-
hendit cuncta bona, quæ præparauit Deus electis suis, alias
beati-

beatitudinis, alias salutis nomine complectitur, alias exprimit appellatione uitæ æternæ, hæreditatis & gloriæ, Christus promittere solet uitam æternam. Petrus epistola capitulo 1, uocat hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cœlis. Sribit credentes reportare finem fidei salutem animarum suarum. Paulus uocat hæreditatem & gloriam filiorum Dei, & in consolandis p̄is magnifice amplificat hanc gloriam, Rom: 8. Non existimo pares afflictiones huius temporis &c. 2. Cor: 4. Momentanea & leuis afflictio nostra, supra modum excellenter æternum pondus gloriæ operatur in nobis.

Hæc gloria beatitudinis apprehenditur a nobis in hac uita, & possidetur fide, spe expectatur, In hac uita sancti habent ingentem gloriam, nam filii & hæredes Dei sunt, cohæredes autem Christi, templum Spiritus sancti. Verum hæc gloria, in hoc mundo recta latet, etenim per fidem ambulant, uident per speculum, tanquam in ænigmate, nondum arbitrantur se apprehendisse, sed decertant, ut apprehendant. Spe salui facti sunt, Spes autem non est, quæ uideatur, nam quod uidet quis, quomodo sperat? In altera illa beata uita reuelabitur gloria filiorum Dei. Tunc uidebimus eum, de facie ad faciem, sicuti est. Deus erit omnia in omnibus, sumus iam filii Dei, sed nondum apparuit, sciimus autem, quod cum apparuerit, similes ei erimus, uidebimus eum, sicuti est, eo nobis reseruatur perfecta gloria essentialis iustitiæ, sapientiæ, & omnium bonorum Dei, hic accipimus primitias & arrabonem, non totam plenitudinem essentialis Spiritus. Etenim omnia nobis Deus donavit, & tum exhibebit, qui dedit filium. Omnia nostra sunt, non tantum quæ sunt Christi hominis, sed etiam quæ sunt Christi filii Dei, donata nobis sunt ex gratia, quæcumq; fecit & passus est, quæ obedientia & passione sua promeruit, & ad quæ postquam humiliatus est usq; ad mortem crucis

crucis exaltatus est, quæ Deus Pater homini Christo contulit, quem constituit principem super opera manuum suarum, omnia ille habet natura & merito, nos autem per gratiam communicatione & dono.

Si essemus in hac uita iusti essentiali Dei iustitia, & plenitudo diuinitatis habitaret in nobis, re ipsa iam essemus salui, non spe, non renouaremur de claritate in claritatem, de die in diem, sed in essentiali illa iustitia & sapientia, haberemus plenitudinem claritatis & gloriae. Deus per uerbum nobiscum agit, & per Sacra menta, nos uicissim agimus cum Deo fide. Ille loquitur nobis de filio, quem misit & dedit iustitiam pro nobis, in Christo promittit nobis gratiam, iustitiam, ueniam peccatorum, & gloriam æternæ uitæ. Loquentem per uerbum prædicatum audimus, promissionibus eius credimus, operante in nobis, & confirmante fidem Spiritu sancto, fide ea apprehensa tenemus & per spem expectam⁹, ut reuelato in altero seculo nobis exhibetur. De spe & expectatione futuræ gloriae scribit Apostol⁹ Rom. 8. Intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, redēptionem corporis nostri, si quæ non uideamus, speramus, per patientiam expectamus Philip. 3. de cœlo expectamus saluatorem Dominum nostrum IESVM Christum, qui reformabit corpus humile nostrum, conformatum corpori suo glorioso. ad Titum 2. Expectantes beatam spem & adparitionem gloriae magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi.

Postremo Osiander confugit ad patrocinium D. Lutheri, conaturq; ex ipsius scriptis ostendere, nos imputatione fidei Christi coram Deo non iustificari, hoc est, iustos pronūciari & absolu, sed imputatione essentialis Dei iustitiae inhabitantis in nobis per fidem. An uero bona fide hoc agat Osiander, ali⁹ iudicent. Scripta D. Lutheri certe aliud docent, manifesteq; refellunt calumniosas istas interpretationes.

pretationes, quibus afferitur imaginatio de essentialis diuinæ iustitiae imputatione, & inique reprehēditur doctrina de iustificatione, quam scriptura ascribit imputationi fidei in Christum, sed quid opus est hæc prolixè persequi? D. Lutherus pro se ipse loquatur, & in hac controvērsia suam sententiam de iustificatione Ecclesiae explicet.

D: MARTINVS LVTHERV IN
Oseam, folio 248.

Requirit Propheta iustitiam & beneficentiam, sicut supra in sexto capite docuit cum noticia Dei coniungendam beneficentiam. Notum est autem, quid sit iustitia, nempe remissio peccatorum.

Nam cum peccato sic simus infecti, ut, dum carnem & sanguinem circumferimus, peccato carere non possumus (secundum sententiam, Si dixerimus nos non habere peccatum; nos ipsos fallimus, & ueritas non est in nobis) non potest esse alia nostra iustitia, quam quod peccata quæ habemus, non imputantur, sed condonantur. Sicut Paulus beatitudinem definit ex Psal: 32. Sumus igitur iusti, non quasi peccatum non habeamus. Singulis enim momentis opus habemus hac oratione. Remitte nobis debita nostra, sed quod peccata quæ habemus non imputantur, sed propter fidem in Christum condonantur. Nam Christus huius iustitiae fons & origo est. Hunc cum peccatores, tanquam in deserto ab aspidibus isti æneum serpentem intuentur, cum statuunt poenam peccati sui Christum in corpore suo exoluisse, ac Deum propter ipsum nos recepturos, iustificantur, hoc est, peccata eis non imputantur, & habentur pro iustis, imo reuera iusti sunt, quia peccata ipsorum non in ipsis amplius hærent, sed in Christo, secundum Ioannis sententiam. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Sicut autem hodie aduersarij nostri aliam iusti-

tiæ comparandæ uiam ostendunt, imo istam iustitiam prouersus aliam fingunt, siquidem qualitatem esse statuunt, & non imputationem: Ita Israhelitæ quoq; non credebant remissionem peccatorum per Messiam exhibendam orbi terrarum, sed sentiebant satis esse sua sacrificia & alios tum cultus, tum uirtutes. Radicem igitur impietatis Propheta hic petit, cñm iubet, ut seminarent iustitiam.

FOLIO 249.

Sed scriptura aliam nobis iustitiam ostendit, ea est scire, quod in te nihil sit boni, & quod seminis promissi o- sim, nunc autem exhibiti beneficio malum, quod in te est in carne tua, in corde & spiritu tuo est, & pertinaciter habitat, non imputatur a misericorde Patre in cœlis, propter unigenitum suum filium, qui nostra peccata in se recepit, & pro ijs satisfecit. Hanc iustitiam, inquit Propheta, docete, & abiçite usitatas opiniones, quod obedientia erga legem, sacrificijs & bonis moribus, impietatem uestram sanare possitis. Maius malum peccatum est, quam ut his rationibus possit sanari. Opus est uictima filio Dei, hunc colite firma fide, quod propter ipsum Deus uelit nobis ignoscere, Hac fide uere purificantur corda, nam & peccata tolluntur, & enascitur ex semine iustitiae alius fructus, beneficia, hunc fructum metite, est enim fructus sine hypocrisi.

IN SVMMA: PSAL: 32.

Summia vnser gerechtigkeit heiset aufz Deudsch vor/ gebung vnser Sünden / oder wie hie stehtet Sünde nicht zurechnen / Sünde bedecken / Sünde nicht se/ hen wollen dat stehen die hellen wort / das alle heiligen sein Sünders/leben vñnd bleiben Sünders. Aber da von sindt sie heilig das Gott aus gnaden solche Sünd nich ansehen noch rechnen / sondern vorgessen / vorgeben vñnd bedecket ha/ ben wil.

In sum-

IN SVM: PSALMI 130.

Rbekennet das fur Gott niemant gerecht sei obder
sein muge / durch eigene werck / oder gerechtigkeit/
sondern alleine durch gnade vnd vorgebung der Sunden/
die Gott habe zugesaget. Aluff solch zusage / vnd wordt
barret er vnd trostet sich vnd vormanet ganz Israhel / Es
solle auch also thun / vnd lernen dabei / Gott sei der Gnaden/
stul / vnd erlosung / vnd Israhel musse durch ihn allein
vnd sunst nicht / von allen Sünden ledig werden / das ist/
durch vorgebung der Sünden / (sonst were es nicht gnade)
rechtfertig vnd selig werden.

IN COMMENTA: PSALMI 51.

Ergo Christianus , postquam fide iustus est, seu remis-
sionem peccatorum accepit, non debet sic securus esse,
quasi ab omnibus peccatis purus sit, sed tum demum
ei perpetua haec incumbit lucta , cum reliquis peccati , a
quibus Propheta hic cupit ablui. Est quidem iustus & san-
ctus , aliena seu extrinseca sanctitate , ut sic docendi gratia
appellemus , hoc est , est iustus misericordia & gratia Dei.
Haec misericordia & gratia non est aliquid humanum,
non est habitus quidam aut qualitas in corde, sed est diui-
num beneficium , quod nobis donatur per illam cogniti-
onem Euangeli propriam, quod scimus seu credimus, pec-
catum nostrum , nobis per Christi gratiam & meritum
esse remissum , & quod speramus propter Christum in mi-
sericordiam & miseraciones multas & magnas , Sicut Pro-
pheta hic dicit : Haec autem iustitia an non aliena iustitia
est ? quae tota consistit in alterius indulgentia & merum
donum est Dei miserentis, & propter Christum fauentis.

Ergo christianus non est formaliter iustus , non est
iustus secundum substantiam , aut qualitatem (docendi

causa hisce uocabulis utor) sed est iustus secundum prædicamentum ad aliquid, nempe, respectu diuinæ gratiæ tantum, & remissionis peccatorum gratuitæ, quæ contingit agnoscētibus peccatum & credentibus quod Deus faueat & ignoscat propter Christum pro peccatis nostris traditum & a nobis creditum. Ibidem. Ergo cum ad locum iustitiæ coram Deo uentum est, ibi simpliciter omnis lex abroganda est, tanquam inutilis, per quam iustificemur, & nihil admittendum est aliud, quam lex Spiritus, seu promissio, quod Jesus Christus est mortuus propter peccata nostra. Hoc est uerbum gratiæ & promissionis, quo non exigitur aliquid a nobis, sicut in lege, sed offertur plenaria satisfactio, per consummatam uictimam Christum, quæ uictimæ Mosi & toti legi finem imposuit. Ideo Dauid imperfectam illam legis aspersionem, tam libere abiicit, & petit aspergi non per Sacerdotem Leuiticum, sed per ipsum redemptorem Deum, ut mundetur conscientia tali mundicie, quæ niue sit purior.

DE EVANGE: I. DOMINICAE

Aduentus.

DAs wort Gerecht sol hie nicht verstanden werden von der gerechtigkeit da mit Gott richtet / wie man nennet die gestrenge gerechtigkeit Gottes / Denn so Christus mit der zu vns keme / wer wolte fur ihm bleiben / wer könnte ihn außnemen? so sie auch die heiligen nicht leiden mügen Damit were dieses einreitens freud / lust vnd liebe gar vorkeret / in die aller grosten furcht vnd schrecken / Sonder es sol die gnade heissen / da mit er vns gerecht machet.

Ich wolt auch das / das wortlein Iustus, Iustitia, in der Schrift / noch nie were in Deutsch auff den brauch bracht / von der strengen richterlichen gerechtigkeit. Den es heisset eigentlich from vnd frömkheit / und das wir auff deudsch

Deutsch sagen / Der ist ein from man / das saget die schrifft /
der ist lustus/rechtfertig oder gerecht/ aber die strengē gerech/
tigkeit Gottes nemmet die schrifft ernst/gericht/oder richuket.

Darumb sol der Prophet hit also vorstanden werden /
dein König kumpt zu dir gerecht oder from / das ist er
kumpt das er dich from mache / durch sich selbst vnd
seine gnade / weiss wol das du nicht from bist / deine from/
keit sol sein / nicht dein thun / sonder seine gnade vnd gabe /
vnd du also auss ihm gerecht oder from seist .

Auff diese weise redet S. Paulus Roma. 3. er ist allein
gerecht / vnd der gerechtmacher. Item Roma. 1. Die ges/
rechitigkeit Gottes wirt im Euangelio offenbaret / das ist
auff Deudsch / die fromkeit Gottes / nemlich seine gnade vnd
barmherzigkeit / da durch er vns fur ihm from macht /
wirt im Euangelio geprediget / wie du auch sihest in diesem
spruch des Propheten / das Christus wirt geprediget / vns
zur fromkeit / das er vns from vnd gerecht kompt / vnd
wir durch in from vnd gerecht im glauben sollen werden.

Merk dieses stücklein mit vleis / das wo du in der
schrifft findest das wortlein Gottes gerechtigkeit / das du
dasselbige ja nicht von der selbwesenden ynnerlichen gerech/
tigkeit Gottes verstehest / wie die Papisten / auch viel heilis/
ger vetter geirret haben / du wirst sonst dasfur erschrecken /
Sonder wisse das es heist nach brauch der schrifft die auss/
gossene gnade vnd barmherzigkeit Gottes / durch Christ/
um inn vns / dawon wir fur ihm from vnd gerecht werden
geacht / vnd heisset darumb Gottes gerechtigkeit oder from/
keit / das nicht wir / sondern Gott sie wircket in vns mit gna/
den. Gleich wie auch Gottes werck / Gottes weisheit / Got/
tes stercke / Gottes wort / Gottes mundt heist / das er in vns
wircket vnd redet. Das alles beweiset klarlich S. Paulus
Rom. 1. Ich scheme mich des Euangeli nicht / denn es ist

ein krafft Gottes (vermin die inn vns wircket/ vnd vns stercket) zur seligkeit/ allen die dran gleyben/ denn es wird Gottes gerechtigkeit darinn offenbaret / als geschrieben stehet/ Der Gerechte lebet seines glaubens.

Hie sihestu / das er von der gerechtigkeit des glaubens saget/ vnnnd dieselbige nennet er die gerechtigkeit Gottes / im Euangelio verkündiget/ Sintemal das Euangelion leret nicht anders/ denn wer da gleybt/ der hat gnaede / vnd ist gesrecht für Gott/ vnd wird selig.

DE EPISTOLA IN DIE

Iohan. Euang.

Alsò die gerechtigkeit haben wir gehört / sey nicht anders denn der glaube/der also gethan ist. Zum ersten/ dieweil fur Gottes gericht niemandt bestehen mag / vnd muss der mensch sich furchten in alle seinen wesen vnd wercken/ so treibt in solche furcht/ das er etwas anders außer dem seinem siche vnd finde / darauff er mitge sich barwen / vorlassen vnd bestehen/das ist die lauter blosse barmherzigkeit Gottes in Christo vns furgelegt vnnnd zugesaget. Das/ selbig vorlassen/solcher glaube vñ zunorsicht macht gerecht vnd from fur Gott / wie S. paulus saget / Roma i. Der gerechte wirt seines glaubens leben.

DE EVANGE: DOMINICA 4^o

post Pascha.

Aber das sie nicht verdampt werden / wie die andern/ darin macht allein dis die vnderscheit / das sie solche straffe annemen / bekennen vnnnd klagen / das sie Sünde haben / vnnnd an Christum gleyben / vnd durch in vorgebung der sünden suchen / vnd also die fromde gerechtigkeit haben / welch ist allein ganz vnnnd gar / des hern Christi eigene werck / krafft vnd vordinst / welches er heisset Sihe cum vatter gehen.

Siehe das heisset vnd ist nu der Christen gerechtigkeit
fur Gott / das Christus zum vater gehet / das ist fur vns leiz
det / auferstehet / vnd also vns dem vater vorsonet / das wir
vmb seinen willen vorgebung der Sünden vnd gnade haben /
das es gar nicht ist vnsers werckes noch vordinstes / sondern
allein seines ganges / den er thut vmb vnsern willen / das
heist ein fromde gerechtigkeit (darum wir nichts gethan
noch vordinet haben / noch vordinen können) vns ges-
schencket vnd zu eigen gegeben / das sie sol vnser gerechtigkeit
sein / dar durch wir Gott gefallen / vnd seine liebe kinder vnd
sein erben sein. Das aber solche geschenckte gerechtigkeit in
vns sei / vnd wir vns der als vnser schatz vnd heutegutes
trosten können / das geschicht allein durch den glauben / denn
es mus ie von vns entpfangen vnd angenommen werden.
Vn kan es nicht anders gefasset werden / weder mit dem
hertzen / so sich helt an den gang Christi / vnd festiglich gleu-
bet / das er vmb des selben willen / vergebung vnd erlösing
von tod vnd sünd habe.

IN 15. CAPIT: GEN:

Vos Paulum legite , & legite attentissime , & uidebitis
ex hoc loco astruere eum præcipuum nostræ fidei ar-
ticulum , mundo & Sathanæ intolerabilem , Quod
sola fides iustificet. Fidem autem esse promissionibus di-
uinis assentiri , & statuere quod uer æsint.

Si interroges an Abraham ante hoc tempus fuerit
iustus , Respondeo fuit iustus , quia creditit Deo. Hic au-
tem diserte id Spiritus sanctus testari uoluit , quia promis-
sio est de spirituali semine , ut recta consequentia statuas ,
amplectentes hoc semen seu credentes in CHRIS Tum esse
iustos.

Fuit fides in Abraham eximia cū iustus deserit patriā,
& se exilio committit , Sed non omnes iubemur ita facere.
Ideo

Ideo tum non addit, credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Hic autem addit, cum de cœlesti semine loquitur ad Ecclesiam omnium temporum confirmandam, quod qui cum Abraham huic promissioni credunt, uere sunt iusti. Hanc sententiam in hoc tanquam maxime proprio loco uoluit Spiritus sanctus, discrete & clare propo- nere, quod iustitia nihil sit, nisi credere promittenti Deo.

Hic nulla ad gratiam præparatio, nulla fides forma- ta operibus, nullus habitus præcedens commemoratur, Hoc autem commemoratur, fuisse Abramum tum in medijs peccatis, dubitationibus & paucis, in summa animi perturbatione, Quomodo igitur acquisiuit iustiti- am? Hoc solo modo, quod Deus loquitur, & Abraham lo- quenti Deo credit: Accedit autem Spiritus sanctus, testis fi- de dignus & affirmat, hoc ipsum credere, seu hanc ipsam fidem esse iustitiam, seu imputari ab ipso Deo pro iustitia, & haberi pro iustitia. Quia autem uerba, quæ Dominus loquitur, præcipue respiciunt semen spirituale, Christum, euoluit Paulus mysterium hoc, & clare pronunciat, iustiti- am esse per fidem in Christum. In hac igitur sententia ac- quiescamus, nec ab ea dimoueri nos furoribus Satanæ & pontificum sinamus.

De uerbo (Haschab) non ualde repugno siue id pro reputare, siue cogitate accipias, Nam res eodem redit, cum enim diuina maiestas de me cogitet, me esse iustum, mihi esse remissa peccata, me liberum esse a morte æterna, & ego cum gratiarum actione in fide hanc cogitationem Dei de me apprehendo, uere sum iustus, non meis operibus, sed fide, qua apprehendo cogitationem diuinam. Nam Dei cogitatio est infallibilis ueritas. Igitur cum eam apprehen- hendo firma cogitatione, non uaga opinione, & dubia iu- stus sum. Fides enim est firma, & certa seu cogitatio seu fi- ducia de Deo, quod per Christum sit propicius, quod per Chri-

Christum cogitet de nobis cogitationes pacis, non afflictionis aut iræ. Relatiua enim hæc sunt, cogitatio Dei seu promissio & fides, qua promissionem Dei apprehendo. Reete igitur Paulus uerbum (Haschab) redidit per λογίαν
quo etiam ad cogitationem alludit, sicut reputandi uerbum. Si enim tu Deo promittenti credis, Deus te reputat iustum, Neq; hic uel legis, uel circumcisionis, uel sacrificiorum fit mentio, quod ea Deus dignari uelit iustitia, Sola sua reputatio, sola illa gratiæ de nobis cogitatio, hæc facit. Datur enim iustitia Abrahæ, nō operanti sed credenti, neq; autem fidei, ut nostro operi datur, sed propter cogitationem Dei, quam fides apprehendit. Scitum est igitur, quod Paulus sic urget reputandi uerbum, operanti inquit non imputatur merces ex gratia, sed ex debito. Non autem operanti sed credenti in eum qui iustificat impium, imputatur fides eius ad iustitiam. Et Paulo ante, Ex operibus legis nemo iustificatur, At notum est, quæ sint opera legis, summae scilicet & pulcherrimæ virtutes, Hæ igitur ad iustitiam nihil ne faciuntur Nihil, inquit Paulus, sed sola misericordia, repudiatis omnibus virtutibus nostris, ualeat. Etsi Deus exigit virtutes nostras, nec uult indulgere nos cupiditatibus earnis, sed serio mandat, ut eas non frenemus tantum, sed penitus mortificemus, tamen in iudicio Dei non possunt nobis prodeesse. Sunt enim pollutæ & contaminatae concupiscentia. Nisi igitur Deus auertat oculos a peccatis nostris, imo etiam a iustitia & virtutibus nostris, & propter fidem, quæ apprehendit filium, nos reputet iustos, actum de nobis est, Misericordia sola, seu reputatio sola nos seruat, Fundata est igitur hic doctrina nostra, quod iustificemur coram Deo, tantum per misericordiam Dei reputantem.

Promissio caput est doctrinæ & principale, huic adiungitur fides, seu, ut clarius dicam, hanc apprehendit fides, apprehensio autem promissionis certa vocatur fides,

M

& iusti-

& iustificat, non tanquam opus nostrum, sed tanquam Dei opus. Promissio enim est donatio & cogitatio diuina, quia Deus nobis aliquid offert, non est nostrū aliquid op⁹, cum nos Deo damus aut facimus aliquid, sed accipimus aliquid a Deo, idq; tantum per ipsius misericordiam, qui igitur promittenti Deo credit, qui sentit eum esse ueracem, & esse prestiturum quicquid promiserit, hic est iustus, seu reputatur iustus.

Scripturæ testimonium hic clarum & indubitatum est, quod fidei imputatur iustitia, hoc est, quod Deo credens Abraham reputatur a Deo iustus. Retinenda igitur distin-
ctio hæc est, quod fides, quæ agit cum Deo promittente, & eius promissionem accipit, hæc sola iustificat.

Iustitia nostra non stat in lege & operibus, quia le-
gem non possumus perfecte facere, sed in promissione, quæ
firma & immutabilis est. Itaq; cum eum apprehendit fides,
certa fit, & impletur, & sequitur infallibili consequentia,
quia sola fides promissionem amplectitur, quod sola fides
iustificet.

Hæc Theologia non, ut blasphemi papistæ clamant,
nobiscum nata, aut a nobis excogitata aut inuenta est. Tra-
dit eam D. Paulus & citat eius testem Mosen, qui dicit A-
brahamum credidisse Deo, & hoc ei reputatum ad iustiti-
am, hoc est, reputatum Abrahamum iustum, miserente
Deo, cum crederet promissioni. Porro omnis promissio
Dei includit Christum, si enim absq; mediatore sit, Deus
nihil nobiscum agit. Differentia igitur fidei Abrahæ &
nostræ nulla alia est, nisi quod Abraham credidit in Chri-
stum exhibendum, nos credimus in exhibitum iam, & illa
fide iustificamur omnes.

IN 20^o CAP: GENE:

Dein-

DEINDE certam spem habet in iustitia Dei , hoc est, in misericordia eius.

IN EPISTOLAM AD GALA.

Articulus autem iustificationis, qui est unicum præsidium nostrum, non solum contra omnes vires & dolos hominum, sed etiam contra portas inferorum, is est, Sola fide in Christum sine operibus nos pronunciari iustos & saluari.

Est itaq; Christiana iustitia imputatio diuina pro iustitia, uel ad iustitiam propter fidem in Christum , uel propter Christum. Non autem est inanis speculatio, tradi Christum pto peccatis meis, & fieri maledictum pro me, ut erippear ex morte æterna. Itaq; apprehendere illum filium & in corde in illum credere (quod donum Dei est) facit, quod Deus reputet illam fidem, licet imperfectam, pro iustitia perfecta.

Ex his patet, quomodo fides sine operibus iustificet, & quomodo tamen necessaria sit imputatio iustitiae, Peccata in nobis manent, quæ Deus maxime odit, Ideo propter illa oportet nos habere imputationem iustitiae, quæ nobis contingit propter Christum, qui nobis datus, & a nobis fide apprehensus est.

IN ESAIA: CAP: 60.

IUstitia coram Deo est, non hoc uel illud facere aut pati, sed illuminari per Christum Iesum, Et agnoscere atq; scire, quod sit saluator noster, qui sua morte nos a morte & peccatis redemerit. Hæc iustitia in uerbo offertur & sola fide accipitur, quæ assentitur uerbo, & credit se iustum esse morte & merito Christi.

Fiducia mortis Christi, debemus sentire & confiteri nos iustos esse. Hæc igitur est iustitia nostra, qua coram Deo

M z iusti

iusti sumus, longissime extra nos, extra omnia opera, & cogitationes omnes sita.

IN 43. CAP: ESAIAE.

IDolatria est sperare ex operibus iustitiam, quæ per solam fidem in Christi mortem contingit. Hæc nostra est iustitia, quod Christus laborauit. Huius Christi supplicium pro omnibus peccatis satis fecit.

Im Sermon vonn Christlicher gerechtigkeit
vnnnd vorgebung der Sünden.

Sas ist nu die / so man mit namen heist Gottes gnade oder vergebung der Sünde / da von Christus in diessem vnd allen Euangelien saget / welches nicht eine jürdische / sonder himlische gerechtigkeit / nicht vnsers thuns oder vermügens ist / sonder Gottes werck vnnnd geschenck.

Darumb sol diese lere gefasst werden / das mans gentzlich dafür halte das vnsrer frömmicheit für Gott heisse vergebung der Sünden.

Fragestu woher sie kome oder wo durch sie erworben sei. Antwort daher kümpt sie das Ihesus Christus Gottes Son vom Himmel komen / vnnnd mensch worden / fur vnsre Sünde gelitten hath / vnd gestorben ist. Das ist die ursache / das mittel vnd der schatz / durch welchen / vnd vmb welches es willen / vns die vergebung der Sünden vnd Gottes gnade geschencket ist.

Hæc pauca testimonia ex scriptis D. Lutheri recitasse contenti simus, in quibus satis declarauit suam sententiam de fide iustificante. Perspicuae & euidentes in citatis locis extant definitiones, quid sit iustitia, quid fides, quia coram Deo iustificamur. Iustitia nostra dicitur remissio peccatorum. Christiani habent alienam iustitiam, quæ tota est Christi opus & meritum, quod uocat ire ad Patrem. Christi-

Christiana iustitia est imputatio diuina ad iustitiam propter fidem in Christum, Pro indubitate habeatur, iustitiam coram Deo esse remissionem peccatorum. Non potest esse alia iustitia, quam quod peccata, quae habemus, non imputantur. Haec est nostra iustitia, quod Christus laborauit.

Clare citra ambiguitatem definit, qui sint iusti, Nemo iustus est coram Deo, nisi per gratiam, & peccatorum remissionem. Misericordia & gratia Dei non est habitus aut qualitas cordis, sed diuinum beneficium, quod creditur peccatum nobis esse remissum. Iusti sumus, quia peccata quae habemus, non imputantur nobis. Homo non est formaliter iustus, sed relative, respectu diuinæ gratiæ tantum, & remissionis peccatorum.

Non minus perspicue definit, quid sit fides, qua iustificamur. Fides est promissionibus diuinis assentiri & statuere, quod uerae sint, Est certa fiducia, quod Deus per Christum sit propitius: Fides apprehendit promissionem, Apprehensio promissionis uocatur fides & iustificat, Fides, quae agit cum Deo promittente & eius promissionem accipit, haec iustificat. Sentire debemus nos iustos esse fiducia mortis Christi.

Habes in recitatibus testimonij & definitionibus perpetuam, dilucidam, ac certam sententiam D. Lutheri de iustitia fidei. Non citamus tantum excerpta quedam & mutila, sed allegamus, & in paucis citatis locis proponimus integrum eius doctrinam per omnia sibi consentientem. Perpetuo ubiq; ille urget, repetit & inculcat illa ipsa, quæ Osiander reprehendit, Fidem esse nostrā iustitiā, Fidem esse fiduciā misericordiæ Dei, seu promissionis, Deum pronunciare iustos, Fidem in Christo reputare seu imputare pro iustitia. Citat in hunc sensum Psalm: 32. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, Constituit fidei iustitiam

stitiam in obedientia, passione, morte & meritis CHRISTI.

Magno studio precipue laborauit in illustrando articulo iustificationis, haud dubie a Deo ad id excitatus. Hanc in primis Ecclesijs & eorum Doctoribus commentauit, ut in eo cognoscendo potissimum operam collocarent, & studio sibi haberent huius doctrinæ lucem conservare, ne effusis tenebris obscuraretur.

Acceperunt Ecclesiæ nostræ ab illo ex scriptura integrum doctrinam de fidei iustificatione. Pleriq[ue] nostrum non ex libris tantum, sed uiva uoce per annos aliquot auditu accepimus explicationem in hac partes, quæ caput est nostræ religionis.

Quid in reliquis partibus extructis super fundatum integrum firmumq[ue] consistet, si illud uacillat. Quid erit ab errore syncerum, si non caret errore fidei iustificantis doctrina? Quid reliquum habent ad defensionem contra iniquos accusatores, insimulantes de hæresi & erroribus in reliquis partibus doctrinæ, si Ecclesiæ nostræ in definitione iustitiae fidei eroris damnantur? Certe non tam eas suspectas facit, quam fugillat & traducit in toto negotio, & omnibus partibus instauratae religionis, quisquis eas reprehendit, in definienda iustitia fidei per annos aliquod in errore hæsisse. Quia iniuria ut non tam ecclesiæ, quam Christus eaum doctor & gubernator laeditur grauiissime: ita non segniter, depelelinda & arcenda est.

Quamobrem pro nostro officio nostram operam ac fidem prestimus in refutanda iniusta fugillatione Osandri. Nostram sententiam placide, modeste & sincere explicare conati, abstinuimus non solùm ab insectatione, sed etiam ab acriore, iusta tamen reprehensione. Rationem confutandi ita instituimus, ut potius confirmaremus ueritatem nostræ doctrinæ, quam ut sumeremus laborem in dogmatibus nouis conuellendis, quæ ille astrictit. Nostræ enim

enim partis sententia confirmata, contradictoria euersa
collabitur.

Nec consilium nobis fuit persequi disputationes ab
illo introductas, nec questiones obiectas operose discutere,
& ad singulas respondere: Sed melius nos tempus & ope-
ram collocare existimauimus, si complecteremur totum
corpus breui compendio, & ordine contexeremus, quæ
coniuncta sunt cum argumento & materia fidei iustifican-
tis. Idq; has ob causas, partim, ne uel ipsi ingrederemur,
uel lectores inducerem⁹ in labyrinthos perplexos, neue ma-
teriam subtracturi contentionibus, ampliorem submini-
strarem⁹: partim, ut præcluderem⁹ uiam calumnijs iniuste
taxantibus nostras Ecclesias, quod in his non integre
tradatur doctrina de iustificatione: partim, ut facerem⁹
cuiq; copiam rectius de totius rei controuersia iudicandi.

Principio tractauimus definitionem, cum nominis,
cum rei. Iustificare scripturæ usitato & noto sermone di-
citur, pro iustum pronunciare seu reputare. Deus impium
uere iustificat, non per inhärentem & infusam iustitiam,
sive accidentalem, sive essentialē, sed imputando & do-
nando merita Christi, & remittendo peccata. Iustificatio
est remissio peccatorum. Iustificari est remitti peccata, ea
non imputari, a condemnatione peccatorum absolui.

Christus perfecte impleuit legem, consummatam
patri præstítit in omnib⁹ obedientiam, Illius obedientia in
omni uita, in operibus, & passionibus eius, integra, sancta,
& perfecta, est nostra iustitia. Sua obedientia, suo sanguine
& morte nobis meruit iustitiam, remissionem peccatorum,
& æternam salutem. Christi merita credentibus in eum
imputantur, & donantur pro iustitia.

Deinde dictum est de causa efficiente iustificationis
primaria, quia Osiander commisit causam, & rem effe-
ctam, procedit a causa ad opus ipsum. Disputat Deum
iusti-

iustificare, & quod idem est, Christum iustificare secundum diuinam naturam, & concludit Dei essentiam esse iustitiam nostram, eaq; nos iustificari, non sanguine & morte Christi. Ponit causam iustificationis principalem pro te effecta, Adfirmat, Deum, seu Christum, iustificare diuina sua natura, & remouet a causa efficiente humanam naturam, & Christi hominis passionem, merita obedientiae & mortis eius, quæ negat esse iustitiam nostram,

Nos contra adserimus, Christum, Deum & hominem, iustificare. Redemptor noster, uerus Deus, & homo, iustificat remittit peccata, sanctificat, & saluat sua passione, sicut Paul: Rom: 5. clare adfirmat, Iustificamur per sanguinem Christi, & apud Esaiam Christus dicit, se labore & passione sua delere nostras iniquitates, Nam præmituit promissioni, Ego, ego deleo transgressiones tuas. De labore suo inquit, Tu mihi laborem fecisti peccatis tuis.

Ministeria & beneficia redemptionis & iustificationis sunt totius personæ Christi, non secundum alterum tantum, sed secundum utramq; naturam. Cuiq; naturæ in persona Christi ita sunt tribuenda sua propria, ne eius beneficia in redemptione, iustificatione, & sanctificatione, distractantur, ne dentur alteri naturæ, alteri adimantur. De CHRISTO homine eiusq; labore, obedientia, sanguine & morte aliter iudicandum est, quam de quocunq; alio homine, & de obedientia, sanguine, & morte eius, qui tantum est homo. Fide uera confitemur, Christum esse Deum & hominem, iam quia Deus est, non homo tantum, Christo homini & ei⁹ sanguini tribuuntur hæc opera diuina, etiam secundum humanam naturam, Quod sanguis eius delet peccata, Quod mundat a peccatis, Quod sanctificat, Quod mors Christi hominis mortem perimit &c.

Adiecumus hoc loco, qua ratione iustitia fidei in scriptura appellatur Dei iustitia, Opponitur ea hominum justi-

iustitijs, operibus, passionibus & meritis, non opponitur Christi obedientiae ac meritis, quin potius, quia haec Deus imputat, & donat ad iustitiam, eaq; sola ualent coram Deo, iustitia Dei dicuntur.

Postea de externo & interno uerbo, ac de fide dicendum fuit, cum uerbum & fides pertineant ad efficientes caussas, sintq; Dei ordinata media, organa sancta, & efficacia, quibus homines iustificantur & saluantur. Et confessio Osiandri imminuat dignitatem praedicati uerbi, suamq; efficaciam ei detrahatur. Quæ de jexterno uerbo habet scriptura, Osiander trahit ad uerbum internum, fingit distinctionem externi & interni uerbi, ut adserat, homines iustificari essentiali Dei iustitia, ideo facit ex uerbo externo uehiculum adducens essentialiem iustitiam, quæ sit internum uerbum, habitans in credentibus.

Sed cum agit scriptura de ministerio euangelij, & de uerbo fidei, commendat nobis illud unum Euangelij uerbum, quod promisit Deus de filio suo Iesu Christo, quod Dei promissiones de nostra salute annunciat, & est uirtus Dei ad salutem omni credenti. Fides existit ex uerbo Dei, estq; cognitio & adsensus eorum quæ Deus promittit. Haec cognitio & hic adsensus non sunt uerbum internum, quod sit diuina essentia sed sunt ipsa fides & fidei partes. Porro fidei obiectum Christum esse, & eum fide apprehendi. Ita suo modo Osiander disputat, ut nouum statuat, & a scriptura alienum dogma de fide. Adfirmsat enim, fidem Christum apprehensum essentialiter adducere, & inhabitatione diuinæ naturæ iustificare. Contra essentialem apprehensionem nos haec adserimus, Fidei iustificantis obiectum est promissio de semine mulieris conterente serpentis caput, tollente maledictionem per crucem, dum fit peccatum & maledictum, benedicente & iustificante per sanguinem suum.

N

iusti-

Justificantur homines fide apprehendente Christum passum pro peccatis mundi & resuscitatum, non fide includente diuinæ naturæ essentiam, Fides in Christum iustificat, quia apprehendit merita Christi & beneficia in ipso promissa, Euangelium prædicat Christi humiliacionem, crucem, uulnera, sanguinem, mortem. Per hæc & in his promittit iustitiam, remissionem peccatorum & salutem. Hujc prædicationi fides, credit & in promissionibus Euangelijs accipit parta per Christum traditum in mortem, salutis æternæ bona.

Post hæc accedimus ad effectus iustificationis, inter quos ponimus inhabitacionem Dei, & innouationem hominis iustificati. Osiander ex habitatione Dei facit causam efficientem, & rem ipsam, contendens, quod inhabitacione Dei essentiali iustificemur, eaq; sit iustitia fidei, Ita commisceret caussas & effectus. At nos discernere oportet & suo loco relinquere utrumq; causa præcedit, eam sequitur effectus, prius est iustificari, posterius est templum fieri Dei inhabitantis, fide Deus purificat corda, peccata remittit, mundatos a peccatis, consecrat sibi in templum sanctum & habitat in iustificatis. Inhabitatio Dei non est ipsa iustitia, sed quos Deus iustificat, in his habitacionem sibi facit & templum suum habet.

Ita innouatio effectus est, non caussa iustitiae. Nouitas autem illa inchoata in iustificatis continuatur per totam uitam. Sancti non praefant integrum & perfectam obedientiam legi, habent suas infirmitates, defectus & uitia & subinde renouantur & sanctificantur. Quia itaq; obedientia imperfecta est, non sunt iusti sua nouitate, non charitate, non alijs uirtutibus, sed perpetuo iusti sunt gratia & remissione peccatorum, per fidem in mediatorem Iesum Christum.

Hæc de inhabitacione & innouatione aliquanto fuc
sus

sius declarauimus, ut fieret manifestum, quo sensu scriptura loquatur de inhabitatione Dei, & quod effectus sit coniunctus cum iustificatione, nosq; inhabitationem Dei & innovationem non separare a iustificatione, sed cum ea coniungere, distincte tamen, ne inter se commisceantur causa & effectus, nec alterum in alterius locum constituantur, nec iustitia adscribatur nouitati, obedientiae & uirtutibus hominis, sed tota Christi gratiae & meritis accepta feratur, ne reddatur incerta, si sentiendum sit, inhabitatione Dei, nouis qualitatibus uel actionibus, quas in sanctis operatur Deus, iustitiae perfectionem contineri.

Postrema pars nostri scripti attingit finem, ad quem tendunt omnia, quæ Deus ex immensa charitate impendit in perditi generis humani redemptionem, per filium suum, missum in mundum, traditum in mortem crucis, resuscitatum & exaltatum super omnes cœlos. Finis est æternæ uitæ beatitudo & gloria, in qua electi sempiternas laudes & hymnos Christo concinent Deo. Paulus scribit Ro: 8. Deum, qui filium suum dare dignatus est, omnia cum illo dedisse. Hæc bona in hac uita apprehendimus & poscidemus fide, spe expectamus, in altera reuelabuntur, eo reseruatur nobis perfecta gloria & fruitio, syncero & inenarrabili gaudio redundans.

Hæc in summa nostra est doctrina ex uerbo Dei de iustificatione per fidem in Christum, hæc nostra est sententia de libro Osiandri. Ex qua perspici potest, in quibus, & cur ab illo dissentiamus. Nunc breuiter ex opposito addemus eius dogmata, proprijs ipsius uerbis recitata.

Ab orthodoxæ fidei doctrina & regula ueritatis, quæ est scriptura sancta, has assertiones Osiandri dissentire iudicamus.

Iustificare impium, non est eum pronunciare seu reputare iustum.

Iustificatio non est remissio peccatorum.

Grauiſſime errant, qui testimonio Psalm:32.uolunt probare, iustitiam nihil aliud esse quam remissionem peccatorum.

Docent frigidius glacie, qui docent nos remissionem peccatorum reputari iustos.

Obedientia Christi nos non iustificat.

Christus non est iustus, quia legem impleuit, sed quia ab æterno iusto Patre iustus filius natus est.

Nusquam legitur in scriptura, impletionem legis & mortem Christi esse iustitiam nostram.

Christus est iustitia nostra, secundum diuinitatem suam.

Iustificat nos essentiali sua iustitia, non sanguine, non morte sua.

Christus est sapientia nostra secundum diuinam, non secundum humanam naturam.

Omnis iustitia aut est diuina iustitia & essentia Dei, aut est humana iustitia, & qualitas creata, nullo autem modo actio aut passio.

Iustitia proprie dicitur, quod nos mouet ad iuste agendum, & sine quo nec iusti esse nec iuste uiuere possumus.

Christus passus est ante annos 1500. ideo proprie loquendo, passio eius non potest esse nostri iustificatio, sed tantum redemptio & satisfactio pro nobis. Nam qui iustificari debet, eum necesse est natum esse &c.

Ideo Christus nos, qui iam uiuimus & alios ante nos, per impletionem legis, mortem & passionem suam, non iustificauit, sed redempti sumus ab ira Dei, morte & inferno.

Hæc & alia paradoxa, quæ cum his cohaerent, merito reiçiuntur, cum adsertor ea statuens de suo contra scripturam loquatur.

Reiçi-

Reijcimus preterea uiolentas interpretationes, siue
confictas glossas, quibus miris modis transformat multa
insignia dicta scripturæ, & corruptit omnes locos de iusti-
ficatione fidei, locum i. Chor. i. Christus factus est nobis a
Deo sapientia & iustitia ad essentialē iustitiam detor-
quet, sapientiam & iustitiam exponit de æterno uerbo, seu
filio Dei. Et tamen clarissime elucet ex uerbis Apostoli,
quod loquitur deprædicatione Euangeli⁹ annūciatis Chri-
stum crucifixum, & de cognitione Christi humiliati usq;
ad mortem crucis. Nam dicit, quid Christus nobis factus
sit per crucem & mortem suam, nempe iustitia, sapientia,
redemptio.

In definitione Euangeli⁹, quæ legitur i. capite ad
Romanos uirtutem seu potentiam, qua credentes saluan-
tur, intelligit uerbum internum, hoc est, Christum filium
Dei. Locus Esa: 53. de cognitione Christi vulnerati prop-
ter peccata nostra, qua iustificamur, nouo glossemate depræ-
uatur, addit enim hanc expositionem. Nos cognoscimus
Christum per uerbum, quod est diuina eius natura. Eodem
detorquentur uerba Christi, Ioan: 17. Hæc est uita æterna,
ut cognoscant te solum Deum uerum &c. Addit ille, Chri-
stus iustificat nos sui cognitione, patet igitur, quod iustifi-
cat nos diuina sua natura, quæ est uerbum & uita. Ro: 10.
Iustitiam fidei, quæ dicit ne dixeris in corde tuo &c. Intel-
ligit uerbum, filium Dei, Paulus loquitur de uerbo fidei,
quod prope est in ore & in corde nostro.

Vim facit uerbis Christi Ioan: 6. Caro mea uere est
cibus, admonens intelligendam esse Christi diuinitatem in
carne & sanguine, cum dicit, carnem suam esse cibum. Item
i. Ioan: 1. In uerbis Apostoli, sanguis Christi mundat nos
ab omni peccato, sanguis illi significat diuinitatem in san-
guine.

Præterimus alias corruptelas. Missas facimus cauili-
atio-

sationes, calumnias, nouas definitiones & distinctiones, non conuenientes cum præcepto Pauli, qui non solum se-
care, sed recte secare uerbum Dei præcipit. Nam cum non
secatur recte, nouis distinctionibus obscuratur syncera do-
ctrina, quales multas scolastici commenti sunt.

Prædicta non recitauimus animo cuiquam iniquo, nec unum uerbum nos hic scripsisse uere testamur coram Deo, studio carpendi aliena, aut traducendi quenquam, sed tuendi ueritatem illæsam, & fraterne admonendi, si quis a recto deflexerit, ut in uiam redeat, syncere & candide agi-
mus cauissimam longe maximam de parte doctrinæ, qua sub-
uersa alia integra consistere non possunt.

Ac uicissim petimus, ut quiecumq; nostra legerint, in iudicando æquos & candidos se præstent, Et adhibeant in consilium non affectus, non propriam sapientiam suam, sed uerbum Dei in genuino suo sensu intellectum. Non domo allatas, sed inde sumptas sententias pronuncient.

Quod si tum erit, quod displiceat, & non abs re esse videbitur, cur quædam non probent, ingenuæ nos admo-
neant, additis argumentis ac rationibus iustis ex Dei uer-
bo, cuius est iudicium & cognitio in causis, quæ pertinente
ad integratatem religionis. Accipiemus a monitoribus non iniquis, ut dignum est, animis gratissimis, quæ melio-
ra suggererint, rectius ea perspicientes, in quibus alij, etsi
intenti in lucem, ut homines tamen, alicubi impingunt.

Nos in arguento causæ grauissimæ & comple-
tentis permulta quædam contractius, quædam non ita
munita, undiq; scripsimus, quod necesse fuit nos facere, ni-
si nimia prolixitate in respondendo nos ipsos aliosq; fati-
gare uoluissimus, ad quæ explicanda & probanda nos ul-
tro offerimus, si id a nobis bono modo requiretur.

Dominus noster Iesus Christus Spiritu suo sancto
regat omnes uocatos ad Ecclesiæ suæ consortium, ut cauti-
& pru-

& prudentes nusquam a ueritate ad ullos errores deflectant,
& eam det mentem, ut ubi ab ea discesserint seducti
uel insidijs Satanae, uel rationis suæ präpostera sa-
pientia, uocem reuocantis eos monendo uel
arguendo ad animum admittant,
ac in ea persistant irrepre-
hensibiles suo & to-

tius Ecclesiæ

bono ad

Dei &

terni gloriam

AMEN.

CATALOGVS IL- LORVM, Q VI HVIC CON- FESSIONI SVBSCRI- PSERVNT.

IOANNES AEPINVS.

DOCTRINAM DE IVSTIFICA-
tione hominis, comprehensam in hac nostra
confessione, ab eo tempore, quo Euangeliū sa-
lutis nostræ in Saxoniā illuxit, fideliter in nostris
Ecclesijs & Scholis explicatam esse, & adhuc se-
cundum regulam Orthodoxæ fidei ex scriptura
sancta integrum proponi, eāq; nos etiam posteris
nostris Christo adiuuante, quasi per manus, tra-
dituros esse, ut syncera & incorrupta conseruetur
apud eos, nosq; opiniones pugnantes cum Pro-
phetica & Apostolica doctrina, cum qua no-
stram confessionem consentire iudicamus, dam-
nare & damnaturos esse, ut in die Domini fideles
reperiamur; Ego AEpinus meo autographo atte-
stor. Hoc ipsum etiam ceteri Doctores Hambur-
gensis Ecclesiæ subscriptione sui nominis ordine
contestantur.

Ioachimus VVestphalus manu sua subscri-
psit. los

Iohannes Hœgelke manu sua subscriptis.
Theodoricus Phrisius manu propria subscriptis.

Iohannes Boetker propria manu subscriptis.
Paulus van Fitzen propria manu subscriptis.
Henricus Hertuuich propria manu subscriptis.

Matthias Kroegherus manu propria subscriptis.

Iohannes Flamme manu propria subscriptis.
Seruatius Eggerdes manu propria subscriptis.

Sebastianus Friedach manu propria subscriptis.

Georgius Tappius manu propria subscriptis.
Ioachimus Degener manu propria subscriptis.

Nicolaus Barstman manu propria subscriptis.

Conradus Geraci manu propria subscriptis.
Meynhardus Kroeger manu propria subscriptis.

Alexander Moppensis manu proprii subscriptis.
Hubertus Bylant manu propria subscriptis.

Iohannes Vordis propria manu subscripsit.
Hermannus Suauius manu propria subscripsit.

Ioachimus Magdeburgius Gardelebensis
manu propria subscripsit.

Ego Fridericus Henniges Ecclesiæ, quæ est in
ciuitate Luneburgensi, Superintendens hoc
manus meæ scripto testor, me atq; ceteros ibidem
uerbi Dei ministros, de hominis coram Deo, iu-
stificatione semper sic doceuisse, adhuc usq; diem,
sicq; Deo iuuante per Christum docturos, in eaq;
doctrina per omne uitæ tempus permanuros:
Cum adeo certum sit, ut nihil certius, hanc do-
ctrinam non hominis, sed Dei esse, ex uerbo Dei
sumptam & in uerbo Dei fundatam. Quare &
ego, & Pastores, ac uerbi Dei ministri nostræ Ec-
clesiæ singuli, quisq; suo ordine, huic doctrinæ
& scripto sua manu subscripsimus.

Casparus Roemeshagen manu propria sub-
scripsit.

Gerhardus Herberdinck subscripsit manu
propria.

Iohannes Lampe manu propria subscripsit.

Martinus Eckdenbarch manu propria sub-
scripsit.

Her-

Hermasnus Holting manu propria subscriptis.

Eualdus Turouu propria manu subscriptis.

Guilhelmus Santphurdius manu propria subscriptis.

Mattheus Rudolphus manu propria subscriptis.

Antonius VVippermannus propria manu subscriptis.

Simon Bruno Vratislauiensis manu propria subscriptis.

Iohannes Linus manu propria subscriptis.

Impressum Magdeburgi apud Michaelem

Lottherum Cal. Ianua.

Anno MDLIII.













